ad subuersionem proximoꝝ. Et
ideo equitas iustissimi iudicis nõ
potuit amplius sustinere. Aliud in
super mirabile exemplum scribit.
Erat quidam vsurarius qui in fi-
ne vite penitentia ductus vocauit
duos amicos: eos rogans vt eẽnt
fideles ⁊ veloces executores sue
voluntatis: exigens ab eis iuramẽ
tum fidelitatis: vt.s. restituerẽt de
suo quicqd male lucratus fuerat.
Qui iurauerunt ⁊ diuinum iudi-
cium super se vocauerunt. Dixit
nãq; primus. Nisi hec adimple-
uero: gehẽnali igne succendar. Et
alter dixit. Nisi seruabo hec irre-
mediabili lepra me dominus excu
tiet. Eo autẽ mortuo pecuniam re
tinuerũt: trãsgrediẽtes fidẽ ⁊ iura
mentũ: s; diuinũ secutũ est iudiciũ
Et sicut sibi ipsis iprecati sunt: sic
percussi miserabiliter perierunt.
Ecce quomodo acriter punit de
us periurium. Nec mirum cum

sit vitium tante grauitatis. Expe-
cta igitur o periure punitionẽ dei
Expecta sententiam. Expecta diui
num iudiciũ. Et sufficit quantũ ad
secundam partem.

Tertio principaliter
considerare debe-
mus periurij speci
ficationem. Duo-
decim.n. sunt mo-
di quibus periurium est peccatuz
mortale: quos declarare curabo:
vt de hoc pessimo vitio clari⁹ con
fiteri possitis. ¶ Prim⁹ modus
periurij dicitur mẽdacitiuus. Cũ
quis mendacium iurat quocunq;
modo: siue per deum: siue per cru
cem: siue per beatam virginẽ: siue
per corpus xp̃i: siue per fidem: si-
ue per corpus meum: vel per ani
mã: siue p hũc lapidẽ ⁊ huiusmo-
di creaturas: semp peccat mortali
ter: vt patet.xxij.q.v.c. Ecce. Ubi
dr̃. Ecce dico charitati vestre: ⁊ q
super lapidẽ falsum iurat periu-
rus ẽ. Nã dicit.s. Doc. ⁊ Alber-
tus: q iurando per creaturas: in-
ducit de⁹ in testimoniũ: cui⁹ v̄itas
⁊ virtus relucet in illis creaturis
q nominant in iuramẽto. Nam
creature de se nõ hñt infallibilem
v̄itatẽ: sed a ditatis v̄itate eẽntiaz
depẽdẽtẽ: iõ semp ẽ mortale per
quãcunq; creaturã mẽdatiose piu
ret. Vel etiã dicendo: si deus me
adiuuet: vel veniat mihi mors: vl'
sanguis ⁊ huiusmodi: semper est
mortale cuz mendatiose iuratur.
Nec modus.s. vel serio vel ex ioco:
vel ex cõsuetudine fiat: vl' pie-
tate: vel vt mercatores faciunt ⁊
artifices vtilitate excusat a morta-
li: ⁊ tam in iudiciaria causa: q̃z in
particulari ⁊ p̃uata locutiõe. Hoc
habetur a sancto Tho. ⁊ Ray.
Et eliciũtur.xxij.q.ij. Hoies. Itẽ
xxij.q.i. Habemus. Immo sola
dispositione deliberata periurãdi
ẽ piuriũ ⁊ mortale: vt patet.xxij.
q..v. Qui periurare. Idẽ cuz qs
sibi vel rei sue imprecatur aliqd
ad confirmationẽ sue falsitatis si-
cut dicere: si nõ ẽ sic: de⁹ mittat sen
tentiã super me vel super filiũ me
um: ⁊ huiusmodi ẽ mortale ⁊ pericu
losissimũ: ⁊ iuditio dei aliqñ veni
unt iprecatiões. ¶ Scds modus
piurij dr̃ inductiuus. Cũ aliquis
inducit aliquem ad iurãdũ quem
scit mẽdatiose iuraturum: vl' pro
babiliter dubitat: peccat mortalit':
vt dicit.s. Tho. Et i decretis.xxij.
q.v. Ille qui prouocat hoiez ad iu
rationẽ ⁊ scit falsum iuraturũ vin
cit homicidã in peccando: q: duas
aias occidit.s. propriã ⁊ illius qui
iurat. Ꝫ ibi. Excepto si esset publi
ca persona exigens iuramentũ vt
iudex. Excusatur nãq; q: ipse non
videtur iuramẽtũ tale exigere ⁊ s;

lle ad cuius instãtiã hoc exigit. ℔ sanct⁹ Tho. ¶ Tertius modus periurij dr sophysticatiuus. Cuz quis sm intellectũ verboz suoz videtur dicere verũ:cum intẽdit decipere: ⁊ alius aliter intelligit nõ excusatur a mortali. Nam dicitur.xxij.q.v. Humane aures. In iuramento nõ debet intentio verbis:sed verba intentioni deseruire. Et Ysido.xxij.q.v.c. Quacũqz Et.c. Ecce. Quacunqz arte vboz rum quis iuret.deus tamen q conscientie testis est:ita hoc accipit: sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus fit:qui ⁊ nomen dei in vanum assumit ⁊ ꝓximum dolo capit.℔ ille. Debet in exemplo de christiano contra iudeum in iudicio vt habetur in legenda sancti Nicolai. Idem cum qs iurat alteri se aliquid liciti facturũ non habens tamen intentionem seruandi:sed vt illi det verba: vel vt aliquod periculum effugiat vl̃ aliꝰ respectibus humanis: tunc mortaliter peccat:⁊ tenetur obseruare:nisi ab illo dispensetur:vt debitor iurans se daturum creditori debitum:tali mense ⁊ huiusmodi. Si autem alicui iurando aliquid liciti ꝓmisit cum intentione obseruandi:sed superuenit legitimum impedimentum sm Pe.de tarã. Non Bonauenturam excusatur. Et dicit.s. Tho. secunda sede.q. xcviij.ar.ij. Cuz aliquis iurat ꝓmittens se facturum voluntatẽ alterius:intelligenda est debita conditio.s.si id quod ei mandatur sit licitum:honestum: portabile: siue moderatum. Dicit etiam Inno. q̃ iurans generaliter non videtur cogitasse super his super:quibus iuraturus in speciali nõ fuisset:⁊ ideo sm intentionem ipsius iurãtis est interpretandum iuramentum si sine dolo fecit. Unde si casus inopinatus veniat:de quo si cogitasset: nullo modo iurasset: nullo modo tenetur ad illud. Idẽ Ray.⁊ Gui. ⁊ s. Tho. Idez cuz quis etiã vt euadat condẽnationẽ pecuniariam vel exilium:vel carceres ⁊ ẽt mortez defendens se in iudicio:vel extra: falsuz iurat:peccat mortaliter. Idez qui testimoniũ iurat falsum:vt quis etiã mortem euadat:quia non sunt facienda mala vt veniãt bõa. ¶ Quartus modus periurij dicitur peccatus⁹. Cum quis iurat facere aliquod peccatum mortale:vt vindictam notabilem:vel inhonestatem vel associare aliquem ad turpia:⁊ huiusmodi:semper peccat mortaliter in hoc iuramẽto:grauius q̃s sine iuramento. Et tale iuramentum seruandum non est: vt patet xxij.q.iiij. Necesse est. vbi sic dicitur. Non periurabis in nomine meo:nec polluces nomen dei tui. ego dominus. Saltem tamẽ qõ facturum se sacramento.i.iuramento deuouerat omino non faciat: quia stulta vota frangenda sunt.℔ ibi. Hoc fuit iuramentum Herodis ⁊ impletio in decapitatione Joannis baptiste.xxij.q. v. Ille. Idem cum quis ꝓmittens iurat se facturum alicui quod est mortale in se:vt iurãs alteri se falsum ꝓ eo testificaturũ vel ꝓmittens sub iuramento:q̃ faciet eum habere talem feminam ad libitũ: vel q̃ nunq̃z amabit talem:vel huiusmodi:semper mortaliter peccat:nec fides seruanda est in huiusmodi ꝓmissionib⁹:que sunt mala patenter:nec opus est dispensatione. Idem etiã in votis hoc modo factis. Et ꝓ his oibus dicit. xxij.q.iiij. In malis ꝓmissis rescinde fidẽ.in turpi voto muta decretũ. Quod incaute vouisti: non facies. Impia est ꝓmissioq̃ scelere adimpletur. Et ibidẽ.c. Non semper ꝓmissa omnia seruanda sunt. Itidẽ.si iurauit facturum se aliquid per qõ salvo corporis admittat:vt ibidẽ.c. Innocens.s. salus notabilis. Siquis autẽ ꝓmittat cũ iuramẽto se aliquid facturꝫ: qõ nõ est alicuius iportãtie boni vel mali:vt mater de verberãdo filiũ:vel de bibendo:vel nõbibendo ⁊ huiusmodi veniale videtur: ⁊ iuratio ⁊ piuratio. Dic dominꝰ Antoninus.de verbo ad verbũ. ¶ Quintus dr impeditiuus. Cũ qs iurat aliqd nõse facturũ qõ ẽ ipeditiuũ maioris boni vnltũ vtilis aie:vt iurãs nõ effici frater vl̃ religiosus ⁊ huiusmõi:peccat mortaliter neqz obseruãdũ est. Et accipe regulã generalẽ:oia iuramenta seruãda sunt:nisi in peiꝰ ẽ vergant eritum ⁊ in salutis detrimentũ.xxij.q.iij. Inter cetera. Immo s. Tho.dicit q̃ iuramẽtũ extorquz ꝑ vim ⁊ coactionẽ si sit de re licita:nõ lz ꝓpria auctoritate trãsgredi:quãuis remedia sint ad hoc. ¶ Sextꝰ modus dr ꝓcipitatiuus. Cũ qs leuiter ⁊ sine ꝯsideratione aut debita diligẽtia ꝓcipitanꝫ iurat ita vt se exponat piculo iurãdi mẽdatiũ peccat mortaliꝫ sm Pe. de ta.in.iij.maxime autẽ in iudicio vel vbi dãnũ ꝓximi sequitur. Sitñ adhibita diligẽtia iurat falsum: credẽs iurare verꝫ in assertorio iuramẽto:nõ ẽ mortale sm Pe. de tara.in.iij. Multo magis peccat mortaliꝫ cũ asserit iurãdo ꝓ vo: qõ dubitat an sit verũ. Et ita mortaliꝫ semp peccat. Et ℔ notandũ:q̃z quis lz ex lapsu lingue falsum iurat si aduertat se iurare ⁊ falsuẽ quod iurat sm sanctum Tho.

peccat mortaliter. ¶ Septimus modus piurij dicitur ꝯsentitiuꝰ. Cũ quis ꝯsentit iuramẽto falso: vel est ꝯtentus peccat mortaliter: ⁊ grauiter est puniẽdus.xxij.q.v. Si quis se. Peccat etiã mortalit qui suadet falsum iuramentum: q̃ consulit: qui incitat: qui minat vt fiat: ⁊ huiusmodi. Ro.i. Qui talia agunt digni sunt morte: nõ solum qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibꝰ. Et extra de iureiurando. Si vero. ¶ Octauꝰ modus dicit ꝯtẽptiuus. Cum q̃s iurat etiã verꝫ sed ex ꝯtẽptu: mortaliter peccat. ſz.ſ. Doc. q̃ nõ euitat diuinam irreuerentiaꝫ. Idem cum quis iurat etiã verꝫ per ihonesta ⁊ turpia mẽbra dei vel sanctorꝫ vel sanctarꝫ: mortaliter peccat: sicut ribaldi faciunt: vt habet xxij.q.i. Si quis ꝑ capillum. Qui iurat ꝑ mẽbra dei irreuerenter ⁊ quasi blasfemanter: si clericus est dꝫ deponi: si laycus anathematizari. ¶ Nonus modus dicit coniuratiuus. Cum q̃s ꝯiurat aliquez per nomẽ dei: vel per aliq̃ sacrꝫ: intendens nõ per modum precatiuũ: sed obligatiuũ. ipm ꝯiuratuꝫ obligare ⁊ inducere ad faciẽdum est mortale peccatum. nisi ei esset subditus: q̃ tunc hoc modo possꝫ cum in his in quibus ille est ei subditus obligare: sed in alijs in quibus non est subditus vel subiectꝰ: si intendit coniurans modo dicto: peccat mortalr. h.ſ. Doc. ¶ Decimus dicitur statuitiuus. Cũ q̃s iurat se seruaturum statuta ⁊ non facit: peccat mortaliter: ſm doctores. Intelligit tamen de statutis que sunt in consuetudine vt obseruent sicut dicit.d. Antoninꝰ. Idez cum quis stimulat vel solicitat aliquem vt sibi reuellet q̃d tractatuꝫ est: vel ab aliquo dictum seu factum ⁊ scit ipsum quẽ stimulat habere illud sub iuramento: peccat mortaliter. q̃ occasionez sufficientẽ periurandi sibi dat. ¶ Undecimus modus periurij dicit vasallatiuꝰ. Cum vasallus transgreditur fidelitatem debitam suo dño. Includuntur enim sex in iuramẽto ipsꝰ vasalli ad dñm suũ. Debet enim domino incolumen: tutum: honestuꝫ: vtile: facile: ⁊ possibile: vt habetur in libro feudorꝫ de forma fidelitatis.c.i. Et.xxij.q.v. De forma. Extra de iureiurando. Ergo ita ⁊ dominus in idem vasallo tenetur. vnde transgressio huius iuramenti est periurium ⁊ mortale in ipsa fide. Et ita.d. Anto. ¶ Duodecimus modus piurij dicit sponsalitiuus. Cum quis iurat aliquaꝫ accipere: ⁊ postea non accipit: cessantibus legitimis causis positis in iure mortalr peccat: ⁊ qui hoc

consulit vel prohibet ne fiat: ⁊ tenetur implere. Extra de sponsalibus.c. Ex litteris. Idẽ de muliere sic promittente viro. Immo etiaꝫ sine iuramento tenẽt sponsalia huiusmodi. Et quãdo fit vt extorqueatur copula carnalis: sicut luxuriosi iuuenes faciunt: grauius offenditur. His igitur visis consideranda est vicij huius grauitas. ⁊ memoria retinenda eius periculositas. Declinandum est a periurio: a quo tot malignitates: offensiões ⁊ peccata mortalissima deriuant. Dimittite o miseri iuramentũ. Et si pur iuratis. Cauete ne sitis piuri ⁊ trãsgressores. Sed vt dicitur Mat.v. Reddes dño iuramenta tua. Et potius per creatorẽ iurandum ẽ verum q̃n oportet: q̃ꝫ per creaturam: vt patet.xxij.q.i. monet.parapho. Sicut alias: neq̃ locus: neq̃ leuitas: neq̃ cõsuetudo vos excusabit. imo grauius est periuriũ q̃d fit ex consuetudie ⁊ grauiora merentur tormenta. Si sic a vobis factũ fuerit: eternã periurij penã euadetis. Et dominus iesus sinceritatis ac puritatis atq̃ veritatis amator: eius gratiã in presenti infundet: gloriam in futuro daturus: qui est benedictꝰ in secula seculorum. Amẽ.

¶ Sabbato secunde dominice.

De luxuria.Sermo.xxv.

Dissipauit substantiam suam. Luc.xv. Contulit dominus homini tanq̃ꝫ sibi familiari ⁊ carissimo spũalem virtutum substantiã: qua ditatus copiosam vite celestis possessionem facile sibi comparare posset. Sed tam horrendũ atq̃ abhominandum est luxurie peccatũ: vt hominem nõ modo hac spirituali verum etiaꝫ temporali substantia priuatũ: in egestate summa viuere cõpellat. Hoc attestat eloquentissimus. Hiero.ad Damasum.d. Luxuria inimica deo: inimica virtutibus perdit oẽm substantiã. Hoc idẽ ꝯfirmat veritas humanata xp̃s: adducens parabolã cuiusdã patrisfamilias: q̃ habuit duos filios. Quorꝫ adolescentior viuendo luxuriose cũ meretricibus: dissipauit oẽm substantiam suã. Que sunt verba assumpta: ⁊ in lectione euãgelica recitata. In qua tria singulariter documenta habemus. ¶ Primuꝫ est: q̃ per peccatũ mortale: hõ recedit a summo patre d̃o: ⁊ a tota celesti curia vaditq̃ ĩ regionẽ lõginq̃ꝫ. Hoc pꝫ parte p̃ma.ibi. Non post multos dies ⁊c. ¶ Sedꝫ documẽtũ ẽ: q̃ q̃n peccator ĩ se reuertit: ⁊ coram deo humiliat: facile recipit ⁊ amplectit: ⁊ osculat a celesti patre.

Hoc tangit.ibi. In se aũt reuersus tẽ. ¶ Tertiũ documẽtũ é: q̃ peccatori p̃ verã humilitatẽ ꝛ penitentiã: dat ipsa stola p̃ima anulus ꝛ calciamenta: q̃ restituit gr̃e ꝛ ceteris virtutibus ac domio spiritualib⁹: q̃bus ꝓseruat: ne iterũ dissipet substantiã suã viuendo luxuriose. De qua luxuria tria considerabimus.

¶ Primo diffinitionem.
¶ Scõo malignationem.
¶ Tertio multiplicationem.

¶ Primo ꝓsiderare debem⁹ luxurie diffinitionẽ. s. Boc. i scõa secũde. q. kij. Et in cõnibus de malo. q. xv. Luxuriã sic diffinit. Luxuria est appetitus inordinat⁹ venereoꝝ. Ꝑdo cuius diffinitionis declaratiõe singule particule notãde sunt. Prima est: q̃ oẽ vitiũ ꝛ peccatũ principaliꝝ ꝓsistit i appetitu seu voluntate. dicẽte Arist. iij. Ethi. Peccatũ volũtariũ est. vñ Augustin. xxxij. q. v. c. Ita ne dicit. Nemo ꝑ iudice ꝛ luxuriose vtik corpore: nisi ꝑius spũ. i. volũtate ꝓcepta nequitia. Et iterũ Aug. de violenter oppressio. Non polluit aliquẽ libido aliena si aliena erat .i. si nõ ꝓsentiat ipsa voluntas. vt Pe etiã. xxxij. q. v. c. Reuera. Et xxxj. q. vij. c. Fieri secũda est inordinatus. Inordinatus. n. appetit⁹ diuinũ nõ est sm rationẽ. Nam indebito actu ꝯiugali: nõ erit inordinatus nec peccatũ: sed quõcũq; aliter: talis appetit⁹: vtiq; erit inordinatus ꝛ maluus atq; peccatuꝝ. quia Diony. dicit. iiij. c. de di. no. Malũ est ꝑeter rõez eẽ. Tertia particula diffinitiõis est venereorũ. Actus. n. carnales dicti sunt a Venere: que a paganis dicebat dea amoris. Nã ex amore ꝓcipiscẽtie tales actus ꝓcedũt: q̃ gdẽ actus seruatis debitis modis ꝛ circũstantijs in matrimonio sunt necessarij ad cõseruationẽ ꝛ multiplicationẽ ꝛ speciei humane: vt dicit Ari. ij. de anima ꝛ in lib. de animalibus: sicut ꝛ actus seu vsus comestibilium: est necessarius ad cõseruationẽ particularis ꝑsone. s. in diuiduũ: vt ait Ari. ij. de aĩa. Et sic dicebat Augu. in libro de bono cõiugali. Sõ ẽ cibus ad salutẽ boiꝝ hoc est: concubitus ad salutẽ generis. Cum igitur iste venereus appetitus siue vsus non ẽ regulatus ꝛ debite ordinatus. i. cuꝝ sit vel cũ appetitur extra sanctum matrimonium est vicium dictum luxuria. Quapropter. d. Albert⁹ in. ij. sen. sic diffinit luxuriam. Luxuria est libidinose voluptatis nimius appetitus. Et sm venerabilẽ Bedã luxuria est concupiscentia nimia experiende voluptatis. Et iterum d. Albertus libro vt supra. Luxuria est feda cõmixtio cum non sua vel sua. Que quidem luxuria est peccatum mortale: quod probat triplici lege.

¶ Pmio. lege naturali.
¶ Scõo. lege diuinali.
¶ Tertio. lege canonicali.

¶ Primo probat luxuriam' esse pcm mortale lege nãli sic. Natura instituit ꝛ ordinauit mrimoniũ ad filiorũ ꝓcreationẽ ꝛ istructiõez: vt optime declarat. s. Boc. in. iiij. sen. d. xxvi. Et. d. Pe. de palu. ibidẽ. Et Ricar. de media villa ibidẽ. ar. i. Et ps per plm poly. i. Et ff. de iustitia ꝛ iure. l. i. papho. Ius nãle é qõ nã oia animalia docuit. Et j. Hinc descẽdit mario atq; femine coniugatio: quã nos mrimoniũ appellam⁹. Et in. c. Illud. de ꝓscriptionibus. Et in. c. de ꝙer. infidelium. Et in. l. i. ff. de ritu nup. Hoc idem habetur. d. i. c. Ius naturale: vt patet in ti. ff. de ꝑsalib⁹ de ritu nuptiarũ. Et. C. de nuptijs. Et insti. de nuptijs. in principio. Et cadẽ natura reprobauit luxuriã ꝛ oẽm vagũ ꝓcubitũ. Naz quilibet illicitus coitus seu q̃libet luxuria inquantũ deducit ad actũ cũ. s. rõ ꝓsentit ꝛ nõ sm primũ motũ est ꝓtra ius naturale. Ita notat glo. ff. de iusticia. ꝛ iure. l. i. papho. Ius naturale. Hoc sequitur Bar. ꝛ clarius Bal. ꝛ est textus. d. vi. c. Sed pensandũ. Et. ff. mandati. l. Si vero nõ remunerandi. papho. Si adolescens luxurios⁹ fuꝝ. Et. ff. p̃ emptore. l. Si q̃s cuꝝ sciret: in fine. Nã turpiter facit q̃ luxuriat. vt in. l. iiij. papho. Sz q̃ meretrici. ff. de ꝓditionibus ob turpẽ cãm. Et in tñ a iure reprobat: q̃ dicit esse maior metus illatus alicui ob luxuriã perpetrãdã. q̃z ob mortẽ infligendã: vt est text. nõbilis in. l. isti quidẽ. papho. penul. ff. q̃ metus causa. ergo luxuria é peccatũ mortale. Propterea: q̃ ꝓcedit de vno de alio negat vt. C. de ꝑcura. l. Maruꝰ ꝛ. ff. de ꝓcuratoribus. l. Sõ labeo. Et extra de p̃sumptionib⁹. c. Nõne. Et. c. Aplica. Et. i. q. i. Per Ysaiã Et di. xxv. Qual'. Et di. xv. Disciplina. Et. xxiij. q. iiij. c. Forte: sed mrimoniũ ꝓcedit. g̃ luxuria reprobat. Et sic idẽ q̃ prius. Hac lege nãli. Valerius maxim⁹ edocet⁹ luxurie vitiũ detestãs i. ix. lib. sic ait. Blãdũ malũ luxuria: quã accusare aliquãto facilius é: q̃z vitare: q̃ i uictũ carnis. Nãmbalẽ illecebris suis ꝓplera: vincẽdũ romano militi tradidit: illa vigilãtissimũ ducẽ illa exercitũ acerrimũ dapib⁹ largis: abũdãti vino: vnguẽtoꝝ fragrantia: veneris vsu lasciuo: ad somnũ ꝛ delicias euocauit. Quid ergo hoc vitio fedius? Quid

eñi oñoliuoe quibus viriubus
afferiur: victorie relanguescunt so
pita gloria in infamiã ducrit: ani
mi t corporis vires expugnantur:
adeo vt nescias an ab hostib9: an
ab illis capi perniciosius habẽdũ
sit. ¶ Secũdo pbat q luxuria sit
peccatũ mortale lege diuinali sic.
Scõm.d. Albertũ in.ij.sen. Illud
qõ directe p̃hibet legi diuine est pec
catũ mortale: sed luxuria directe p̃
riatur legi diuine.glo. luxuria est
peccatũ mortale. Nam Exo.xx.p̃
cipit dñs. Nõ mechaberis. Qõ
exponens Isido.xxxij.q.v. Non
mechaberis.ait. Nec quisq̃ pter
mirimonij federa alijs femine mi
sceatur ad explendã libidinẽ. Sic
etiã exponit Aug.in.c. Meretri
ces.xxxij.q.iiij. vbi ait. Meretri
ces esse: ad meretrices accedere
p̃hibet dñs.quare venalis est tur
pitudo.hec ille. Nota q dicit ve
nalis t nõ venalis. Et iterũ Aug.
in Meretis.xxxiij.d.c. Audite cha
rissimi dicit sic. Fornicari vobis
nõ licet: sufficiant vobis vxores.
Et primũ. Cõcubinas hãre vobis
non licet: t si nõ habetis vxores:
tñ non licet vobis hãre pcubinas.
Et Thobie.iiij. Attẽde fili mi ab
oi fornicatione t preter vxorẽ tuã
nunq̃ patiaris crimen scire. Et
Deutero.xxiij. Nõ erit meretrix
de filiabus israel: nec scortator.i.

Cor.vi. Nolite errare neq̃ fornicarii: neq̃ idolis seruientes: neq̃
adulteri: neq̃ molles: neq̃ masculorũ pcubitores: regnũ dei possidebunt. hec ille. Ergo luxurie est
peccatũ mortale. ¶ Tertio pbat
idem lege canonicali sic. Nulli de
betur pena septẽ annorũ tarata p
ecclesiã nisi peccato mortali. Pa
tet hec maior .xxxiij.q.ij.c. Hoc
ipsum: sed peccato luxurie est pena
vij. annorũ: vt.xxij.q.i. Predican
dũ: vt.s. p pniam septẽnio gra
tia spũssancti per petũ amissa re
parari ostẽdatur.xxxiij.q.ij. Hoc
ipm in glo. ergo luxuria est pecca
tum mortale. Et hec quo ad pmã
partem.

Secũda pclusio principalis dicitur luxu
rie malignationis: licet huius immundissimi vitij: multiplices sint malignitates: tñ in pncipa
tres tñ explicabimus.

¶ Prima. dicitur bonorum exteriorum dissipatiua.

¶ Secũda. dicitur bonorũ corporalium destructiua.

¶ Tertia. dicitur bonorum animẽ ablatiua.

¶ Primo dico q luxuria est bonorũ exteriorũ dissipatiua. Scõm
enim Pbm.viij. Ethi. Et iterũ
Plio.i.t.x. Ethi. est triplex boni

boni aie: bonũ corporis: t bonum
extrinsecum aduenies. Dico igitur
incipiendo a bono extrinsecis. q
luxuria dissipat bona extrinseca. s.
pecunias: possessiones: affectus:
trahit: t intrinsecus. Qui enim de
ditus est huic fedissimo luxurie
vitio: cõiter parũ lucrat: q: habet
animum distractum: occupat tpus ocio
se: cessat ab exercitijs: t multũ ex
pendit sine vtilitate. Expendit in
pompis: in vanitatibus: in fossijs:
in ornamentis: vt placeat carnali
femine. Expendit in precio rosia
norũ: in precio turpis actus luxu
rie. Expẽdit in mulieribus: in sotijs
tenẽdis t acquirẽdis. Jõ prouer.
xxix. Qui nutrit scortũ pdit substã
tiã. Et hanc veritatẽ oñdit dñs tus.
Luc.xv. t in euangelio hodierno
de adolescẽte filio pdigo: qui oia
expendit viuendo luxuriose. docet
experientia. Quot enim artifices
diuites erant: quot mercatores: q̃t
ciues: quot iuuenes: t nunc sunt i
miseria in necessitate: q: dederũt
se huic vitio: sine freno expẽderũt
nutrientes se t alios in luxuria: t
paupibus xpi cibũ t potũ ac alias
necessitates subtraxerunt: t sic se
tide ac inutiliter diuitias pierunt.
Jõ Job.xxxi. Ignis est.s. luxuria
vsq̃ ad consumatiõem deuorans: t
oia eradicans germina. Hinc ver
sus moralis. Qui sequit bachũ:

tatillos t meretrices. Inopia sp
semp egenus erit. Dissipatio ve
ro facultatib9 ipsi luxurioso illi vi
tio dediti t pigneti nõ potentes et
pendere vt priue: efficiunt latro
nes: pditores: lenones: lucrant ali
quid t cito consumunt. Vñ Hiero.
ad Damasũ papã scribens dice
bat. Luxuria inimica deo: inimica
virtutibus: perdit oẽm substãtiã
patris: t a patris voluntate deli
rano: futurã paupertatem cogitare
nõ sinit. hec ille. ¶ Secũda maligni
tas luxurie est bonorũ corporaliũ de
structiua. Nã secũda bona. s. Ari.
in dicto loco. sunt bona corporis: vt
sanitas: fortitudo: pulchritudo: t
huiusmodi: que bona per luxuriã
in corpe humano destruunt. Vñ
apostolus. i. cor. vi. O peccatum
qõcunq̃ fecerit hõ extra corpus
suũ est. Qui aũt fornicat in corpe
suũ. peccat Aris. i. vij. Ethi. Lõcu
piscentie venereo: manifeste cor
pus imutãt t infamiã facũt. Itẽ
Ari. in primo libro de regi. pn. ad
Alexan. ait. O clemens impator
crede mihi indubitanter: q: contra
corpis est abbreuiatio vite: corru
ptio virtutũ: legis transgressio: fe
mineos mores generat. Itẽ Ari.
iij. Ethi. Lose cupiscẽtie vehemen
ter perturbant. Seneca in epistola
xxiij. Ipse voluptates in tormẽta
vertunt. Epule cruciatũ afferũt.

etiã oãnosius: quibus viriutibus atteritur: victorie relanguescant: sopita gloria in iniãmiã puertit: animi ⁊ corporis vires expugnãtur: adeo vt nescias an ab hostib⁹: an ab illis capi perniciosius habẽdũ sit. ¶ Secũdo pbat q luxuria sit peccatũ mortale lege diuinali sic. Scõm. d. Albertũ in. ij. sen. Illud qõ directe ꝓhiat legi diuie est peccatũ mortale: sed luxuria directe ꝓ riatur legi diuine. glo. luxuria est peccatũ mortale. Nam Exo. xx. ꝓcipit dñs. Nõ mechaberis. Qõ exponens Isido. xxxij. q. v. Non mechaberis. ait. Nec quisq; ꝑter mrimonij federa alijs feminis misceatur ad explendã libidiné. Sic etiã exponit Aug. in. c. Meretrices. xxxij. q. iiij. vbi ait. Meretrices esse: ad meretrices accedere ꝓhibet dñs. quare venalis est turpitudo. hec ille. Nota q dicit venalis ⁊ nõ venialis. Et iterꝫ Aug. in. c. Meretis. xxxiij. d. c. Audite charissimi dicit sic. Fornicari vobis nõ licet: sufficiant vobis vxores. Et primũ. Cõcubinas hãre vobis non licet: ⁊ si nõ habetis vxores: tñ non licet vobis hãre ꝓcubinas. Et Thobie. iiij. Attẽde fili mi ab oi fornicatione ⁊ ꝑter vxorẽ tuã unq; patiaris crimen scire. Et Deutero. xxiij. Nõ erit meretrix de filiabus israel: nec scortator. i. Cor. vi. Nolite errare: neq; fornicari: neq; idolis seruientes: neq; adulteri: neq; molles: neq; masculorꝫ ꝓcubitores: eos regnũ dei possidebunt. hec ille. Ergo luxurie est peccatũ mortale. ¶ Tertio pbat idem lege canonicali sic. Nulli debetur pena septẽ annorꝫ tarata p ecclesiã nisi peccato mortali. Patet hec maior. xxxiij. q. ij. c. Hoc ipsuz: sed peccato luxurie est pena vij. annorꝫ: vt. xxij. q. i. Prechandũ: vt. s. p pniam septiẽnio gratia spũs sancti per pctũ amissa recuperari ostẽdatur. xxxiij. q. ij. Hoc ipm in glo. ergo luxuria est peccatum mortale. Et hec quo ad pmã partem.

Secũda pars principalis dicitur luxurie malignationes: licet huius immundissimi vitij multiplices sint malignitates: tñ in primas tres eas explicabimus.

¶ Prima. dicitur bonorum exteriorum dissipatiua.

¶ Secũda. dicitur bonorum ꝺ̃ corporalium destructiua.

¶ Tertia. dicitur bonorum animę ablatiua.

¶ Primo dico q luxuria est bonorꝫ exteriorꝫ dissipatiua. Scim enim Pbm. vij. Et oli. Et iterꝫ Pbo. i. ⁊. x. Ethi. est triplex bonum

boni aĩs: bonũ corpis: ⁊ bonum extrinsecus aduenies. Dico igitur incipiendo a bono extrinsecis. q luxuria dissipat bona extrinseca. s. pecunias: possessiones: affectus: trafigos: ⁊ introitus. Qui enim deditus est huic fedissimo luxurie vitio: cõiter parũ lucrat: q; habet animum distractũ: occupat ipse otiose: cessat ab exercitijs: ⁊ multũ expendit sine vtilitate. Expendit in pompis: in vanitatibus: in fosijs: in ornamentis: vt placeat carnali femine. Expendit in precio rosianorꝫ: in precio turpis actus luxurie. Expẽdit in mulieribus: in sotijs tenẽdis ⁊ acquirẽdis. Iõ prouer. xxix. Qui nutrit scortũ pdit substãtiã. Hanc veritatẽ oñdit dñs noster. Luc. xv. ⁊ in euangelio hodierno de adolescẽte filio ꝓdigo: qui oia expendit viuendo luxuriose. docet experientia. Quot enim artifices diuites erant: quot mercatores: q; ciues: quot iuuenes: ⁊ nunc sunt in miseria in necessitate: q; dederũt se huic vitio: sine freno expẽderũt nutrientes se ⁊ alios in luxuria: ⁊ paupibus xpi cibũ ⁊ potũ ac alias necessitates subtraxerunt: ⁊ sic sentide ac inutiliter diuitias perdiderũt. Iõ Job. xxxi. Ignis est. s. luxuria vsq; ad ꝺ̃sumationem deuorans: ⁊ oia eradicans germina. Hinc versus mo: alio. Qui sequit bacchũ: tarillos ⁊ meretrices. Infamio sp semp egenus erit. Dissipatio vero facultatib⁹ ipsi luxuriosi illi vitio dediti ⁊ ꝺ̃sueti nõ potentes expendere vt priꝰ: efficiunt latrones: ꝓditores: lenones: lucrant aliquid ⁊ cito ꝺ̃sumunt. Vñ Piero. ad Damasũ papã ꝺ̃cludens dicebat. Luxuria inimica deo: inimica virtutibus: perdit oẽm substãtiaz patris: ⁊ a patrio voluntate deliranes: futurã pauptatem cogitare nõ sinit. hec ille. ¶ Secũda malignitas luxurie est bonorꝫ corporaliũ destructiua. Nã secũda bona. s. Ari. in dicto loco. sunt bona corpis: vt sanitas: fortitudo: pulchritudo: ⁊ huiusmodi: que bona per luxuriã in corpe humano destruunt. Vñ apostolus. i. cor. vi. Oẽ peccatum qcunq; fecerit hõ extra corpus suũ est. Qui aũt fornicat in corpe suũ. peccat Aris. i. vij. Ethi. Cõcupiscentie venereorꝫ manifeste corpus imutãt ⁊ infamias faciũt. Itẽ Ari. in primo libro de regi. pñ. ad Alexan. ait. O clemens impator: crede mihi indubitanter: q; coitus corpis: est abbreuiatio vite: corruptio virtutis: legis transgressio: femineos mores generat. Itẽ Ari. iij. Ethi. Concupiscẽtie vehemeꝫ ter percutiunt. Seneca in epistola xxiij. Ipse voluptates in tormẽta vertunt. Epule crudilitatẽ afferũt.

Ebrietates neruoꝝ torporem. tremorēq; Libidines. pedū. manuū articulorū oium deprauationes. Neq; miꝝ. Multi. n. infirmant solo amore sine tactu: vt Amon infirmatus est propter Thamar sororem suā scdi. Ro. xiij. Filius p̄fecti pro agnete virgine. Multi etiaꝫ in actu venereo mortui inuēti sunt. Alt'at. n. mirabiliter corp⁹ ⁊ cōsumit. ⁊ in seniū cito deducit. Hoc patet per Ari. in libro de lōgitudine ⁊ breuitate vite. Coitiua inquit ⁊ multi spermatis senescūt cito. Almanasar sapientissim⁹ tractatu. iiij. c. xvij. Coitus iquit multus ⁊ frequens neruis magnū infert nocumētū: oculo fortiter ledit ⁊ corporis vires destruit. Corpus corrūpit ꝗ debilitat ad eniuꝫ cito deducit. hec ille. Et ideo pasceres masculi breuioris vite sunt femis: pp nimiā semis effusionē. Et Hypocras medicus signanter dicit. Qui vult esse sanus i estate ⁊ autūno debet esse castus. Et Aristo. xvi. de aialibus. Quando homo coit. debilitatur visus eius. O qs posset enumerare: quot ex isto vitio corporaliter infirmati: ⁊ diuersis alijs morbis laborantes: vitaꝫ perdiderūt: Ideo snia ē Senece Plures occidit voluptas q̄ gladius. Uñ enim mors hac nr̄a tempestate in tot hoībus acceleratur: Certe ꝓpter luxuriam. Incipiūt enim iuuenili etate luxuriam seq. Ari. n. xix. de aialibus. Puberes enim plus delectantur in coitu q̄ cetere etates: ⁊ quanto plus assuescunt: tanto plus appetūt. hec ille. Alterantur debilitantur: perdunt vigorez: disproportionant humores. vnde ait Aristo. ibidem. Coitus infrigidat. Et sic veniunt ad mortem. Non sic illi antiqui patres: tā diu robusti viuētes. Heu miseri luxuriosi. proprij corporis occisores. Heu manegolda libido que cōsumis corpora pulchra. fortia. robusta. sana. Heu seditissima luxuria corporuꝫ humanoꝝ interfectrix crudelissima. Hinc merito snia Boetij dici potest. Quid de corporeis voluptatibus loquar. quarum appetentia est quidez anxietatibus plena. sed sacietas penitudinem causat: O quantos voluptas corporis morbos q̄ intollerabiles dolores ⁊ anxios solet inferre corporibus. hec ille. Et Hierony. Castitas corpus seruat. sicut luxuria debilitat ⁊ eneruat. Insuper senectute accelerat. iō multi gentilium. se perpetua gule ⁊ genitalium abstinentia obstrinxerunt: vt in longum vitam protendere possent. hec ille. Sic patet luxuriā corporis bonorum esse destructiuam ⁊ dissipatiuaꝫ. ¶ Tertia ma-

lignitas luxurie est bonorum anime ablatiua. Bona enim anime: vt potentia: intellectus: voluntas: memoria: gaudium anime: bona fama: gratia: ⁊ libertas: per luxuriam tolluntur. Sed nos in p̄mis de gaudio icipiamus. Licet ergo omne peccatum: tollat gaudium mentis interius propter remorsuꝫ conscientie relictum post peccatū: vt ait Augustinus in libro primo confes. Iussisti domine: ⁊ vere sic est: vt omnis inordinatus animus sua pena sibi sit. Tamen hoc vitiū maxime gaudio interiori subtracto: tristiciam in animo ponit. Et hoc accidit: q: in illo actu anima efficitur totaliter carni subiecta. Ex quo sibi maxima sequitur cōfusio ⁊ obprobrium. Hinc est q̄ nihil verecundius hoc vitio: ⁊ nihil est de quo tantuꝫ homines pudeat. Causatur igitur post turpez luxurie actum: dolor ⁊ remorsus. Nec mirum cum etiam in actu matrimonij quantūcunq; timorato hoc accidat. Hanc veritatez habes a Hiero. ad Susannaꝫ: O q̄ acerbus luxurie fructus: amarior felle: crudelior gladio. Iteꝝ Hierony. Libido transacta semp penitudinem sui relinquit. Anxiatur ⁊ nunq̄ satiatur: extincta reaccenditur: visu crescit ⁊ deficit: nec rationi paret: que impetu ducitur. hec ille. Hinc Boetius voluptatum motus: quid habeant iocunditatis ignoro. sed potius tristes esse voluptatum exitus quisquis reminisci libidinum suarum volet intelliget. hec ille. ¶ Secundū bonum anime est bona fama: quam hoc vitium in omni specie tollit. Cum enim sit vitium ignominiosissimū: non est mirum: si sequitur infamia huiusmodi vitiosos. Nā luxuriosi ꝓpriā naturā ⁊ nobilem ꝯditōem trāsferūt in ꝓprietatem brutoꝝ. vnde Ari. de regi. p̄n. ad Alexandrū. O clemens imperator noli te inclinare ad coitum mulierum. q: coitus est quedā ꝓprietas porcorum. Que igitur gloria erit tibi si exerceas vitium irrationabiliū bestiarum: ⁊ actus brutorum: hec ille. Non est operatio in mundo per quam homines ⁊ femine magis animalibus imundis assimilentur: q̄ in hac luxuriosa ⁊ ignominiosa operatione. Hinc dicitur in decretis. xxxij. q. vij. c. Non solum ⁊ est textus Isidori. Sunt autem quedam: que sicut animalia absq; vila discretione indesinenter libidini seruiunt. quas ego: nec mutis pecudibus comparauerim. Pecora enim cum conceperint: vltra non indulgent maribus copiam sui. hec ille. Meretur hoc vitium infa-

miam ⁊ digito mõstrari. vñ Gre
go. li. moraliũ dicit q luxurie sunt
maioris infamie q̃z cetera vitia.
Veniat huc Salomõ: qui fuit taz
famosus in toto orbe terraꝝ. i po
tentia. in sapientia. Quid illum fe
cit tam infamẽ: Certe luxuria: de
ipso nãqz sancta scriptura ait. Ec
cle. xlvij. Deleuisti maculã in glo
ria tua. Sic ⁊ tu homo luxuriose.
Sic ⁊ tu femina. Et q̃n egrederis
ex domo: quãdo vadis p ciuitatẽ
dicunt. Ecce ille: ecce illa: ⁊ ita di
gito monstrario. Vide mirandaz
rem. Quãtũcũqz aliquis sit prin
ceps: sit prelatus: sit miles: sit do
ctus. sit nobilis: tñ cum sit luxurio
sus: ipsum oẽs despiciunt ⁊ deri
dent. ¶ Tertiũ bonũ aie est liber
tas quã luxuria tollit: seruitutẽ in
ducens. Audi paganũ eloquentis
simũ Tuliũ in lib. padoxaꝝ. Ne
go dicaz libeꝝ: cui mulier impe
rat: leges prescribit: vocat: venien
dum est poscit: dandũ est: eicit ab
eumdem est. Hunc ego nõ liberũ
sed nequissimũ seruũ reputo. hec
ille. Idẽ Persius in vltima saty
ra. Et Terentius in. ij. comedia.
Certe omnia vitia inducunt serui
tutem. sed luxuria maximã liberta
tem aufert: tenet compeditum. ⁊
pauci suos cõpedes euadere pos
sunt. Et ideo dicit. s. Tho. prima
secũde. q. lxxiij. ar. v. Dõ demo
nes maxime gaudent de peccato
luxurie. ppter difficultatẽ euaden
di. igitur inducit maximã seruitu
tem. ¶ Quartũ bonũ est dei gra
tia. que pfertentem luxuriã tollitur
Luz enim gratia diuina vt ait. b.
Bonauẽtura sit lux quedã spũa
lis a sole iusticie procedens. aiam
vndiqz illustrans. si purgãs. mun
dans. deificans: ⁊ sponsam christi
faciens. ergo ei debetur locus nõ
luxuriosus: sed pulcher ⁊ mundus.
Quid aũt luxuria: nisi imũdicia:
nisi fetor: nisi putredo: Nõ requi
escet ait dñs Hoc spiritꝰ meus in
hoie in eternum. i. gra spũs sancti
Et hoc: q: caro est. i. carnalis ⁊ lu
xuriosus: sicut tẽpore diluuij erãt.
Gen. vi. ¶ Quintũ bonũ aie est
intellectus. Hũc luxuria lumine pri
uat ⁊ cecat: adeo vt finem debitũ
nesciat eligere: consilio careat pre
cipitans i agẽdis efficiat: rectum
iudiciũ ignorat. vñ. ps. lvij. Sup
ceciderũt ignis ⁊ nõ viderũt solem.
Et Ro. primo. Tradidit illos in
rep: obũ sensum. Et Bañ. xiij. di
xit seni luxurioso. Spẽs decepit te
⁊ concupiscẽtia subuertit cor tuũ.
Et Osee. iij. Fornicatio ⁊ vinũ
⁊ ebrietas auferunt cor. Et ibidẽ
. iiij. c. Spiritus enim fornicatio
num decepit eos. Et dicit. s. Tho.
super Mat. c. xxiij. Nulla pecca
ta sic deprimunt rationem sicut lu

xuria ⁊ gula que sunt socie. Et iõ
Grego. dicit. xxxi. moraliũ. Luxu
ria: filia est ecitatio memie. Pro
pter hoc igt Arist. i. vi. Ethi. Im
possibile est aliquem in actu vene
reo speculari seu intelligere. Sen.
in lib. declamationũ. Nihil ẽ tam
monstruosuz ingenijo q̃z luxuria. Si
quidem rationẽ perturbat: ita ille
citum hebetat: memoriam eneruat
oblitionem mittit: errorem ifun
dit. ignorantiam iducit: ⁊ hoiem
quasi bestiam facit. Audi Hiero.
cõtra Jouinianum. Amor: forme
rationis oblitio est: ⁊ insanie pro
ximus: minimeq; conueniens aio
sapientũ. Altos ⁊ generosos spiri
tus frangit: ⁊ de altissimis cogita
tionibus: ad humilimas detrahit:
hec ille. August. lib. soli.: Nihil eẽ
sentio: qõ magis aium de arce ra
tionis deijciat: q̃z blãdimenta fe
minaꝝ ⁊ ptactus ille corporuz: sine
quo vxor duci nõ potest: hec ille.
Exemplus habemus mirabile in
Salomone sapiẽtissimo: qui pro
pter luxuriã taz ceciderat: tãqz mutatus est: vt reli
cto deo: ydola adoraret. De quo
xxxi. q. iij. Salomon qppe imo
derato vsu atqz assiduitate mulie
rũ: ad hoc vsqz pductus est: vt tẽ
plum ydolio fabricaret: hec ibi.
Propter luxuriã remanẽt adeo
cecã: vt nesciãt pcepta dei: nõ arti
culos fidei: nõ reliq̃ ad salutẽ ne
cessaria. Destructo itellectu ex eõ
sequẽti destruit bonũ voluntatis
Vellet luxuriosus padisum i hoc
mundo: ⁊ ex hoc est facilis ad oẽ
scelus. Hoc dicebat Hiero. ꝯ Jo
uinianũ. Luxuria hoies querulo
sos: iracũdos: temerarios: dure
iperiosos: ⁊ similiter blãdos facit.
Et cũ fruendi cupiditate insaciabi
li flagrãt: plura tẽpora lachrymis
in qõnibus perdunt: hec ille. Tul
lius in. ij. rhetori. Nulla facili
us ad maleficiuz causa: q̃z turpis
amor: ⁊ intẽperãs libido cõmoue
re põt: hec ille. Et ũeꝝ. Tulius de
sene. Nullũ scelus: nullum deniqz
facinus est: ad qõ suscipiendũ nõ
libido voluptatis ipellat. Et pro
pter hoc ꝺ. xxxij. q. vij. Nõ solum vbi dr. Ex dele
catione fornicandi: varia gignun
tur flagitia: q̃bus regnũ dei clau
dit: vt hõ a deo separet. Et ꝑ
quẽti alienat memoria. Bañ. xiij.
dicit ꝓtra luxuriosos senes. Euer
terunt sensum suum: declinauerũt
oculos suos vt nõ viderent celũ:
neqz recordarent iudicioꝝ iusto
rum. Docet experiẽtia pessimos
luxuriosos: obliuisci spiritualis vi
te: mortis paradisi: inferni. Obli
uisci insuper verecundie ⁊ parẽ
tele: vicinatus: amicitie: confusio
nis: periculorum anime ⁊ corpo

ris. Et tandē tales fetentes luxuriosi: obeccati in infernuz submergunt. Apoc. xxi. Timidis ⁊ incredulis: ⁊ execratis: ⁊ homicidis: ⁊ fornicatoribus pars illoꝝ erit in stagno ardenti igne ⁊ sulphure. Audi Hiero. i epistola. O ignis infernalis luxuria: cuius materia gula: cuius flāma superbia: cuius sentille praua colloquia: cuius fumus infamia: cuius cinis inopia: cuius finis gehēna. hec ille. vnde hoc idem cōcluditur in decretis. xxv. di. c. Unum parapho alias. Quicunqz senserit aliqd in se capitaliū dñari: vt fornicationē adulteriū. homicidiuz. ⁊ alia huiusmodi. eterna illū flāma cruciabit. hec ille. Accipe exemplum. Quedaz luxuriosa mulier ⁊ cōcubina moritura: calceos sibi fortes. ⁊ bene taconatos fieri cū magna instantia petiuit. dicēs. Sepelite me cū eis. qꝫ multū erūt mihi necessarij Qd cū factuz. fuisset nocte sequēti luna splendente. miles quidam equitās cum seruo suo. femineos audiuit ylulatus. amantibus illis. ecce mulier rapidissimo cursu ad illos ꝓperās clamauit. Adiuuate me. Miles de equo descendens gladio sibi circulum fecit. ⁊ feminam bene notā: infra illum recepit. Sola. n. camisia: ⁊ illis calceis erat iduta. Et ecce ex remoto nox quasi venatoris horribiliter buccinantis. necnō ⁊ latratus canum venatoꝝ more audiūtur: quibus auditis. illa nimiū erat tremens. Miles cognitis causis ab ea: equum seruo committens. tricias capillorum eius. brachio suo sinistro circūligauit. Dextra gladiuz tenens extensum. Appropinquante igitur illo infernali terribiliqz venatore. ait mulier. Sine me currere. Ecce appropinquat. Illo fortius tenente. misera diuersis conatibus militem pulsans. tandez ruptis capillis aufugit. quā dyabolus insequens cepit: ⁊ in equo suo eam proiecit: ita vt caput cum brachijs ex vna ꝑte pēderet: ⁊ crura ex alia. Post paululuz militi obuiauit. sic captā predaz deportās. Miles mane ad terram veniēs. qd̄ viderat exposuit. capillos ostēdit. Et aperto sepulchro. feminaz perdidisse capillos inuenerunt. Et hoc contigit in episcopatu magūtio. O igitur libidinosi. O carnales. O bestiales. O porci immundi. O capre fetentes: aperite iam oculos vestros. Erigite corda: leuate capita: exite ex tot fetibus ⁊ tot immunditijs: ex tot turpitudinibus: affigentes mentibus vestris illud. Grego. Momentaneum est quod delectat: eternuz quod cruciat.

Tertio principaliter ꝯsiderare debemꝰ luxurie multiplicationem: vt de tam periculosissimo vitio plenius cōfiteri possitis: duodecim eius modos explicabo.

¶ Prima dicitur luxuria cogitatiua. ſm. s. Doc. prima scde. q. lxxiiij. Et. d. Antoninꝰ in summa. tractatu de luxuria. Cum quis de fornicatione cogitans delectatur de ipso actu cogitato: cum consensu rationis peccat mortaliter. Et quotiens per interruptionem alterius cogitationis vel verbi vel facti: reuertitur ad cogitationem luxuriosaz deliberata ratione: peccat mortaliter: licet etiam nollet ꝑpetrare actum carnalem. Multo magis peccat si desiderat extra matrimonium ipsum actum committere. vnde ⁊ in ꝯfessione oportet explicare ſm qꝫ variantur tales cogitationes circa varias species: vt si fuit cogitatio de soluta vl' de vxore alterius: de affine: de monacha: de masculo. Et ita femina tenetur confiteri de istis cogitationibus respectu cuius. s. vel mariti: vel clerici ⁊ huiusmodi. Naz luxuria habet gradus ⁊ species diuersas: vt patet. xxxij. q. vij. Quemadmoduz. Dicuntur eniz cogitationes luxuriose etiam sine tactu corporis: vt patet. xx. ij. q. i. Non solo. Item. xxxij. q. vij. Nō solum. xxxij. q. v. Nec solo. Et in san. Tho. in multis locis. Et hoc est periculosissimum vobis secularibus viris ⁊ femis: quia raro non vene fati conscientia de tal pensieri. ¶ Secunda luxuria dicitur locutiua. Cum quis dicit aliquod verbum vel honestum vel inhonestum: hoc fine vt inducat se vel aliquem aut aliquaz ad luxuriam: vel ad amorem carnalem extra matrimoniuz: est semper peccatum mortale: minus ⁊ maius ſm speciez luxurie. Ephe. quinto. Fornicatio autez ⁊ omnis imundicia aut auaricia nec nominetur in vobis. Sicut decet sanctos. Aut turpitudo: aut stultiloquium: aut scurrilitas que ad rez non pertinet: sed magis gratiarum actio. Item quādo quis dicit rōne solatij talia verba: que sint i se talis nature: vt sint multum iductiua mentium debilium in luxuriam: credit mortale: lz illud non intēdat ſm. d. Antoninū. Idē cuz quis recitat vel cantat cantiones amatorias: vel cōponit aut docet alios de huiusmodi: vl' sonetos ⁊ stramotos intentione libidinosa: semper peccat mortaliter: ⁊ multo magis: si ibi sunt noia dei ⁊ sanctoꝝ. Idē de sonantibꝰ instrā pie

vel nocte. Idem de facientib⁹ mai
natas: et sunt causa peccatoꝝ lo
ciorum. Si vero huiusmodi can
tiones lascue non cantentur inten
tione luxuriosa: tamen habent i se
talia: que multū sunt inductiua mē
tiū debilium ad luxuriam ratione
huius scādali vel ruine ide sequē
tis: posset esse mortale ſm domi
nū Anto. Itē si cantioneta vel so
netus mittatur alicui intentione iā
dicta: ē mortale. ❡ Mortale quoq;
cum quis ē mediator: aut media
trix. Idem mittens ambasiatā: vel
litteras: et scienter recipiēs scribēs
aut legens cū hmōi cogitatiōe ve
nerea deliberata ratione: omni vi
ce peccat mortaliter. ❡ Tertia lu
xuria dicitur visiua. ❡ Mulier pōt
videri mlīpliciť ab aliquo. Pri
mo a casu. Scdo vt cognoscat eā
ab alijs. Tertio vt attentior: ꝛ red
dat loquens ei de virtutibus et vti
libus. Quarto vt possit plenius
rep: hendi ex inspectione sui or
natus vel vanitatis. Quinto ex
quodam honesto amore. Sexto
vt ex pulchritudine creature excur
gat in laudem creatoris. ſm illud.
Delectasti me dñe in factura tua.
Septimo ex quadam curiositate
vt sciat faciem eius vel formā vel
ornatum cum quadam sensuali cō
placentia de ornatu eius: sicut mu
lieres in egypto per muros ascen
debant vt viderent Joseph trāse
untem pulcherrimū: qđ sine pec
cato veniali nō ē. Octauo et vlti
mo vt libidinose in concupiscētia
eius inardescat. Et hic aspectus
semper ē peccatū mortale in viris
et mulieribus: maius vel min⁹ ſm
spēm luxurie. Hec veritas ē tpo.
❡ Mat. v. Qui viderit mulierē ad
cōcupiscendū eam: iam mechatus
ē eā in corde suo. Idē de illis qui
dicunt carnali intētiōe: vellem vi
dere amasiam meā: vel econtra.
❡ Jere. ix. Ascendit mors p fe
nestras. Ex hoc visu depēdēt im
merabilia peccata: in festis: in ec
clesiis in discursib⁹. Idē mortaliť
peccat cū aliqo vel aliqua perpen
dit se adamari carnaliter et vaghe
zari: et se offert studiose oculāmā
tiuz vt sibi placeat etiā si sibi nol
let turpe agere: peccat mortaliter.
Et rō est q: est efficax cā ruine vt
patet de iniurijs et dāno dator. si
culpa. Ubi dr. Sane lz vt qui oc
casionē dāni dat: dānū videat de
disse. Itē mortaliť peccat cū aliqo
vel aliqua per seipsum respicit in
manibus: in pectore: et in aliqo par
tib⁹ corporis cū carnali cōplacen
tia aduertenter omni vice peccat
mortaliter. Itē mortaliť peccat cuz
aliquis delectať carnaliter videre
animalia: coeūtia: vel bagatellas et
huiusmodi turpitudines demon

strantia vel videre lasciua spectā
cula: in quibus ē sufficiēs cā luxurie
ē mortale peccatum ſm. d. Anto.
❡ Quarta dr luxuria auditiua.
Cū quis audit libenter loqui de
turpibus: de amatorijs: de immun
dis: nō tm ex vana leuitate: sed pp
delectationē carnalē: in tali mate
ria audita aduertēter querendo:
mortaliť peccat: nisi forsitā inter cō
iugeś. Idē audiēs imbasiatā car
nalē cū delectatiōe: vel aliqd nar
rari de amasio vl amasia: hue cā
tionis libidinosas: peccat mortaliť.
❡ Quinta dr luxuria ornativa.
Cū quis ornat se intētiōe placen
di alij vel alijs carnaliť extra ma
trimoniū: semper mortaliť peccat:
minus vel maiꝰ ſm spēm. Omni
enim vice: qđ intētiōe amoris car
nalis lauas caput: vultū: paniculū
respicis in speculo: aptas capillos
biretū: comua: pectē: planellas: co
larinū: manicheas: textutū: caudas:
capis florem: girlādā: jocalia: odo
res et huiusmodi: semper peccas
mortaliter: quotiens mēte delibe
rata facis huiusmodi. Idē cuz qs
amore carnali ostendit pectē: vbe
ra. manꝰ. brachium. copā. comaz.
pedē et hmōi: vt placeat extra ma
trimonium. Idē cū aliquis vel aliq̄
donat ornamētū: aut munꝰ quod
cunqz: ēt rosaz: vel paniculū: amo
re carnali: semper peccat mortaliť.
Idē qui detinet illud munꝰ amo
re amasij vel amasie. Idem q glo
riať se accepisse munus illud ab
amica. ❡ Sexta luxuria dicitur con
trectatiua. Cū quis aliquē vl ali
quā tangit extra matrimoniū pp
delectationem carnalē et libidino
sam. in fronte. in manu. in collo. in
dorso et in alia parte corporis: aut
vestis: vt in seipso capiat carnales
delectationem: vel vt aliam indu
cat: semper ē peccatū mortale ma
ius vel minꝰ ſm speciē. Eodē mo
do ille qui permittit hoc sibi fieri
ab eo quem existimat ad hoc mo
ueri amore libidinoso. mortaliter
peccat. q: facientem et consentien
tem par pena cōstringit lex. ij. q. i.
Notum. cum glo. Nō dico cre
dens moueri talem ex dilectione
fraterna: seu honesta amicitia seu
quadam humanitate: seu ex more
patrie: quāuis hoc faciens ex libi
dine moueretur. et ille non credit
pmittēdo ſm. d. Anto. nō peccat
mortaliť: sed bñ tāgēs. Habilioꝝ
nus tot cōtactꝰ sunt euitādi. Qui
cni tetigerit picē inquinabiť ab ea.
Terra cni et aq̄ faciūt luti et tamē
sunt munda ex se. Itē cū qs tāgit
seipsuz ad hoc vt moueat ad dele
ctationē libidinosaz. semp peccat
mortaliť. Idē si delectať qñ insur
gunt pzurꝰ vel titillationes in car
ne: et sic ē contētus aduertenter: li

vel nocte. Idem de facientib⁹ mai
tinatas: et sunt causa peccat⁹ ꝯ so-
ciorum. Si vero huiusmodi can-
tiones lasciue non canterur inten
tione luxuriosa: tamen habent i se
talia: que multū sunt inductiua mē
tiū debilium ad luxuriam ratione
huius scādali vel ruine ide sequē
tis: posset esse mortale ſm domi-
nū Anto. Itē si cantioneta vel so-
netus mittatur alicui intentione iā
dicta: ē mortale. Mortale quoq;
cum quis ē mediator: aut media-
trix. Idem mittens ambasiatā: vel
litteras: et scienter recipiēs scribēs
aut legens cū hmōi cogitatiōe ve
nerea deliberata ratione: omni vi
ce peccat mortaliter. ¶ Tertia lu-
xuria dicitur visiua. Mulier pōt
videri mⁱpliciter ab aliquo. Pri
mo a casu. Scdo vt cognoscat eā
ab aliq̄. Tertio vt attentiōes red
dat loquens ei de virtutibus et vti
libus. Quarto vt possit plenius
rep:hendi ex inspectione sui or-
natus vel vanitatis. Quinto ex
quodam honesto amore. Sexto
vt ex pulchritudine creature exur
gat in laudem creatoris. ſm illud.
Delectasti me dñe in factura tua.
Septimo ex quadam curiositate
vt sciat faciem eius vel formā vel
ornatum cum quadam sensuali cō
placentia de ornatu eius: sicut mu
lieres in egypto per muros ascen
debant vt viderent Joseph trāse
untem pulcherrimū: qđ sine pec-
cato veniali nō ē. Octauo et vlti-
mo vt libidinose in concupiscētia
eius inardescat. Et hic aspectus
semper ē peccatū mortale in viris
et mulieribus: maius vel minⁿ ſm
spēm luxurie. Hec veritas ē ipa.
Mat.v. Qui viderit mulierē ad
cōcupiscendū eam: iam mechatus
ē eā in corde suo. Idē de illis qui
dicunt carnali intētiōe: vellem vi-
dere amasiam meā: vel econtra.
Vā Jere.ix. Ascendit mors p fe-
nestras. Ex hoc visu depēdēt in
merabilia peccata: in sestis: in ec-
clesiis in discursib⁹. Idē mortaliʳ
peccat cū aliqs vel aliqua perpen
dit se adamari carnaliter et vaghe
zari: et se offert studiose oculʳ amā
tiuz vt sibi placeat etiā si sibi nol-
let turpe agere: peccat mortaliter.
Et rō est qz est efficax cā ruine vt
patet de iniurijs et dāno dato: cā
culpa. Ubi dr. Same lz vt qui oc-
casionē dāni dat: dānū videat de
disse. Itē mortaliʳ peccat cū aliq
vel aliqua per seipsum respicit in
manibus: in pectore: et in aliis par
tib⁹ corporis cū carnali cōplacen-
tia aduertenter omni vice peccat
mortaliter. Itē mortaliʳ peccat qui
aliquis delectaʳ carnaliter videre
animalia: cocūtia: vel bagatellas et
huiusmodi turpitudines demon-

strantia vel videre lasciua specta-
cula: in quibus ē sufficiēs cā luxurie
ē mortale peccatum ſm d. Anto.
¶ Quarta dr luxuria auditiua.
Cū quis audit libenter loqui de
turpibus: de amatorijs: de immun-
dis: nō tm̄ ex vana leuitate: sed pp
delectationē carnalē: in tali mate
ria audita aduertēter querendo:
mortaliʳ peccat: nisi forsit ā inter cō
iuges. Idē audiēs imbasiatā car
nalē cū delectatiōe: vel aliqd nar-
rari de amasio vl amasia: siue cā
tiones libidinosas: peccat mortaliʳ.
¶ Quinta dr luxuria ornatiua.
Cū quis ornat se intētiōe placen-
di alij vel alijs carnaliʳ extra ma-
trimoniū: semper mortaliʳ peccat:
minus vel maⁱ⁹ ſm spēm. Omni
enim vice: q̄ intētiōe amoris car-
nalis lauas caput: vultū: panicellū
respicis in speculo: aptas capillos
biretū: comua: pect⁹: planellas: co
larinū: manicheas: tezutū: caudas:
capis florem: girlādā: iocalia: odo
res et huiusmodi: semper peccas
mortaliter: quotiens mēte delibe
rata facis huiusmodi. Idē cuz qs
amore carnali ostendit pect⁹: vbe
ra. man⁹. brachium. copā. comas.
pedē et hmōi: vt placeat extra ma
trimoniuz. Idē cū aliquis vel aliq̄
donat ornamētū: aut mun⁹ quod-
cunqz: ēt rosaz: vel panicellū: amo
re carnali: semper peccat mortaliʳ.
Idē qui detinet illud mun⁹ amo-
re amasij vel amasie. Idem q glo
riaʳ se accepisse munus illud ab
amica. ¶ Sexta luxuria dicit con
trectatiua. Cū quis aliquē vl ali-
quā tangit extra matrimoniū pp
delectationem carnalē et libidino-
sam. in fronte. in manu. in collo. in
dorso et in alia parte corporis: aut
vestis: vt in seipso capiat carnales
delectationem: vel vt āliam indu
cat: semper ē peccatū mortale ma
ius vel minⁿ ſm speciē. Eodē mo
do ille qui permittit hoc sibi fieri
ab eo quem existimat ad hoc mo
ueri amore libidinoso. mortaliter
peccat. q: facientem et consentien
tem par pena cōstringit lex. ij. q. i.
Motum. cum glo. Nō dico cre-
dens moueri talem ex dilectione
fraterna: seu honesta amicitia seu
quadam humanitate: seu ex more
patrie: quāuis hoc faciens ex libi
dine moueretur. et iste non credit
pmittēdo ſm d. Anto. nō peccat
mortaliʳ: sed bñ tāgēs. Nihilomi-
nus tot cōtractⁿ sunt cuitādi. Qui
eni tetigerit picē inquinabit ab ea.
Terra eni et aq̄ faciūt lutū et tamē
sunt munda ex se. Itē cū qs tāgit
seipsuz ad hoc vt moueat ad dele
ctationē libidinosaz. semp peccat
mortaliʳ. Idē si delectaʳ qñ insur-
gunt pruritus vel titillatiōes in car
ne: et sic ē contētus aduertenter: li

cet nó faceret opus. ¶Mortalissimum quoqz cũ aliquis vel aliq̃ p ſeipſum facit immunditiã carnis ſe ipſius cõmũpẽs: & vocat molitieꝫ. Et prout itẽtio ducit ſpẽs mutat. Idẽ ſi faciat ſe ab alio tãgi & cõmũpi: eſt mortale & grauiſſimũ: dans cauſam alteri. Idẽ ſi cibis vel vino procurat in vigilia vel in ſomnis. ¶Septima luxuria dr ſoluta. Cũ quis cõiungit ſe mulieri ſolute: & ipſe eſt ſolutus: dr tunc fornicatio: & ẽ peccatum mortale vt determinat. xxxij.q.iiij.c. Dicat. Et.c. ¶Meretrices. Si autẽ virginem ẽt de ſua voluntate cognũpſit: mortaliter peccat: & grauiꝰ q̃z in ſimplici fornicatione. Et hoc vocatur ſtuprum. xxxvi.q.i.c. Raptus quoqz. Siquis autẽ rapit aliquã ſolutã: & contra voluntatẽ eiꝰ vel parẽtũ cauſa luxuriandi: peccat mortaliſſime: & vocat raptus. xxvij.q.vltia. Lex. & c. Raptꝰ. ¶Octaua luxuria eſt adulterata. Cũ quis cõmittit luxuriã cum perſona cõiuncta in matrimonio. ſ. cum maritata dr adulterium grauiſſimum peccũ mortale. De quo habet. xxxij.q.iiij.c. Nemo. Item xxxvi.q.i. Lex illa. paraplio. Lux ergo. Et ſi vna pars eſt in matrimonio tũ. vocat adulterium ſimpler. Si ambe partes: vocat duplex. ¶Nona luxuria dr inceſtua. Cũ qs vtik actu turpi cũ aliq̃ de ꝯſanguitate vl' de affinitate eiꝰ. Affines vocant attinẽtes ſibi: ex pte ſue vxoris & affines vxoris ſũt attinẽtes marito. Affinitas autẽ ꝯtrahit ex q̃libet cõmixtiõe ſemis in vaſe nãli: cũ q̃cũqz ẽt meretrice. & tũc oẽs attinẽtes illiꝰ cũ qua cõmiſcuit ſe efficiunt affines vſqz ad quartum gradũ. Et iter hos nõ põt eẽ matrimoniũ. Et ſi interuenit actꝰ carnalis inter huiuſmodi affines: ſemp eſt inceſtus. De quo. xxxvi. q.i. papho. Cũ ergo. Idẽ. xxxv.q. ij. De inceſtis cõiunctionibus. & c. nec eam. Et ſic intellige: ſi mulier copulauit ſe cũ aliquo: oẽs attinẽtes illiꝰ ſunt affines eius: nec inter hmõi põt eẽ matrimoniũ: imo ſi fieret ceẽt excõicati. Et ſic inceſtꝰ eſt grauiſſimum & mortale & digñũ igne. Notãdũ quoqz ſi poſt ꝯctũ mrimoniũ p vba õ pñti maritꝰ copulat carnalr cum attinẽte vxoris vſqz ad qrtũ gdũ: nõ põt amplꝰ petere debitũ: niſi ab epo ſaltẽ diſpẽſet vt ps p dñs abbatez c.i. de eo qui cognouit ꝯſan. vxo. Ita de vxore reſpectu attinentio mariti: pñt tñ reddẽ. ¶Decima luxuria dr ſacratiua. Cũ aliqs clericus vl' religioſus cõmittit rẽ nrãpẽ cum perſona ſacra: aut perſona ſacra cum ſeculari. Et dicitur ſacrilegius de quo hẽo. xxvij.q.i.

c. Impudicas. Et ẽ petñ mortale & grauiſſimus. Itẽ reputat ſacrilegium inter cõmatres & cõpatres: & iter filianos & filianas. xxx.q.i.c. Si qs: & ẽ mortaliſſimus. Idẽ reputat cum i loco ſacro aliqs committit petñ luxurie. ¶Undecima dr luxuria abhominatiua. Cum maſculus turpiter agit in q̃cunqz pte cuz maſculo: vel fẽmina cum fẽmina: vl' maſculus dr̃z fẽmia: eſt peccatus mortale & grauiſſimus: magis q̃z cum ppria mre. Et vocat ſodomia. xxxij.q.viij. Alius. De q̃ dicet ſuo loco. Ad idẽ reducit qñ qs ne aliq̃ mulier ipregnet ſemiat extra vas. Cõiunt i hmõi nullo mõ excuſat. Addit & hic. Cũ aliquis vel aliq̃ dimiſſa oi hũanitate: vtik actu turpi cũ beſtijs ẽ mortale & grauiſſimũ. xxxij.q.viij. flagitia. ¶Xij. luxuria põt dici delectatiua. Cũ qs poſt factũ vl' viſus vl' locutionẽ carnalẽ: delectat ſe: & ẽ ptẽtꝰ: tũc mortalr peccat: ſi aduertit: & ẽ illiꝰ ſpẽi: cuius fuit actꝰ. Silr cũ qs dolet nõ potuiſſe facẽ turpitudinẽ: aut non potuiſſe loq cũ amaſia carnalr & hmõi ſemper ẽ petñ mortale: quotiens aduertit: & ẽ illiꝰ ſpẽi: cuiꝰ fuiſſet locutio vel viſio vel actio. Cõtinini igit & decepo caſtitatẽ ſeq̃z amplectimini. Audite Pdauũ vos hac q̃drageſima iuuabit. Col. iij. ¶Mortificate mẽbra vra q̃ ſunt ſup terrã. fornicationẽ. imũditiã: libidiez ꝓcupiſcẽtiã malã: pp q̃ venit ira dei ſup filios incredulitatis. Ibi alle. Sic celeſtẽ gloriã mundi patã ira bitio: diſponẽte dño hic p gratiã q ẽ benedictus in ſecula. Amen.

¶Dñica tertia in q̃drageſima.

De ira dei. Sermo. xxvi.



¶Bne regnũ in ſe ipſum diuiſum deſolabit. Luc. xi. Quãuis nã deitatis clemẽs ſit & pia q̃ miſſos mortales p longa tpa ad pniaz expectat: videns tñ eos obcecata mẽte: obſtinatoqz aio in peccis pleuerare: adhibere flagella ſui furoris & iracũdie a ſumma iuſtitia cõpellit. Quiqz ẽt quãto diuinꝰ ad pniaz expectat: tãto durꝰ in illum ſuũ exagitat furorẽ: teſte Valerio mario qui ait. Lento. n. gradu ad vindictã ſuã: diuina pcedit ira: tarditatẽqz ſupplitij grauitate cõpensat. Quapropter volens ego hodie pdicare de maximis flagellis iracũdie diuine: per que vrbes & caſtra, puincie ac regna affligunt: ꝓuenienter aſſumpſi thema hodierni euãgelij i q̃ dr. oẽ re. tẽ. In q̃ euãgelio tria nob ſingularia dant documẽta. ¶Primũ docu. q̃ quãqz ẽ i petõ mortali: poſſidet a deo: & ẽ murꝰ i laude dina. ſz electo petõ

per confessionem: tacentia p:iuo
ca:in creatoris laudem relarant.
Hoc tangitur prima euãgelij par
te.ibi. Cum eiecisset demoniũ ⁊c.
¶ Scõm documentũ est:q; qõli
bet regnum ⁊ quelibet ciuitas ac
domus in quibus nõ est pax: sed
dissentiones ⁊ partialitates affli-
gunt ⁊ dissoluuntur. Hoc ps.ibi.
Omne regnum in seipsum ⁊c.
¶ Tertiũ documentũ est:q; illi q
audiunt verbum dei: ⁊ operant
sm illud:beati sunt:⁊ p̃ sequens
non incurrent diuinam iram. Be
qua tria hoc mane ꝓsiderabim⁹.
¶ P:imo ire dei verificationes.
¶ Scõo ire dei inductionem.
¶ Tertio ire dei euasionem.
¶ P:imo ire dei ꝓsiderare de-
bemus verificationes. Querunt
theologi hoc mane. Utrus ira sit
in deo. Et videt q; nõ. Nulla pas
sio existens in appetitu sensitiuo é
in deo:quia in deo nõ est potẽtia
aliqua sensitiua:neq; passiões eas
consequentes:vt patet per Phm
vij.⁊.viij. Ethi.vij. Metha.iij. ỗ
anima. Et per Cõmentato.iij. de
aia.qui dicit. Nulla forma est libe
rata a potentia:nisi persona intel-
ligenda. Sed ira est passio existẽs
in appetitu sensitiuo:vt patet per
Phm in p:imo de aia.ergo iraũ
est in deo. Pd:opterea. Nulla pas
sio:operatio:que est tantũ ꝓpriũ
ei ex anima ⁊ corpore:potest esse
in deo:q; deus nõ est compositus
aliquo modo:vt optime declarat.
Boc.s. pte p:ima.q.iij. Et.q.vij.
Et Plbo:xij. Metha.filii ⁊ Cõ-
mentato:ibidez:sed ira est passio
vel operatio mñi coniuncti:vt pa-
tet per Phm p:imo de aia.ergo
in deo non est ira. Sed cõtra é qõ
dicitur in ps.cxv. Gratus est furo
re dominus in populũ suum. ps.
xvij. Fundamenta montiũ contur
bata sunt ⁊ cõmota sunt.quoniam
iratus est eis. ps.lxxxix. Quis no
uit potestatez ire tue:⁊ p:e timore
tuo iram tuã dinumerare. ps.lxx-
viij. Effunde iram tuã in gentes
que te non nouerunt:⁊ in regna q̃
nomen tuum non inuocauerunt.
Ezech.vij. Ira enim mea sup vni
uersum populũ ei⁹. gladius foris:
pestis ⁊ fames intrinsecus. Qui
in agro est gladio morietur ⁊ q; in
ciuitate pestilentia ⁊ fame deuo:a
bunt. Hec ille. Huic dubio respõ-
det.s. Boc. parte p:ima.q.iij.ar.ij.
ad sm. Et iterũ.q.xxi.ar.i.ad pri-
mũ.⁊ ar.iij.in co:pe.q. Ira dupli-
citer accipitur. Uno modo sm q
est motus aut passio existens i ap
petitu sensitiuo irascibili:quã diffi
nieno Ari.primo de anima. dicit.
Ira est accensio sanguinis circa
cor ex appetitu vindicte:causata ab
apparente parupensione. Et sic

ira nõ st in deo. Alio modo ira di
citur metaphorice sm q; nominat
effectum ire in nobis.s. punitionẽ
vel vindictam:ratione cuius de⁹
ad similitudinem hominis irati se
bẽt:⁊ sic ira est in deo. Unde do
minus Albert⁹ in.ij.sen.d. xxxv.
sic inquit. Ira cõuenit deo p p:o-
sopopeiã que dr humana passio
qñ vz attribuit deo qõ est humanũ
pum.s. punit quod facit homo
irascẽs. Exẽplum. Pater carni sm
imperium rõnis irascitur filijo ꝓz
q; exigit eorum malitia:⁊ ordina-
te corrigit eos. Silr dñi irascuntur
⁊ plani subditis inobedientib⁹. Ec
ce effect⁹ ire. In deo autẽ silr dici
mus irã cẽ. Nã sine passione sine
turbatione:sine alteratiõe suiipsi⁹
sua exigente iustitia:punit ⁊ flagel
lat peccatores: obstinatos:⁊ rebelles.
Flagellat ciuitates:castella ⁊ patri
as diuersas in ira cõculcãs:qñ eis
effectus ire demõstrat. Immittit
insuper grandines:tẽpestates:ful-
gura:tonitrua:pestilentias: caristi
as:sterilitates:fames:terremotus
guerras:signa magna ⁊ horribilia
ad terrendum:destruendum: dis-
sipãdũ:bestialiter viuentes. Pro
pterea Jeremias.iiij.c. clamat ad-
uersus peccatores dicẽs. Plangi
te ⁊ vlulate q; non est auersa ira
furoris dñi a vobis. Et Trenor
iij. Cõplcuit dñs furorem suum;
effudit iram indignationis sue. Et
Nah i. Ulascens dñs in hostes
suos:⁊ irascens ipse inimicis suis.
Patet igitur iram:odium ⁊ vin-
dictam esse in deo sm effectum:⁊
non sm affectum:seu passionem:
quia ita non est passio:sed actiue ⁊
ipsa dei operatio. passiue autem é
effectus receptus i creatura. Pa
tet rñsio ad argumenta q; proce-
debant de ira: prout est passio sen
sitiua. que non est in deo.

Secundo principaliter considerare debemus ire dei inductionem: tria sunt que maxime prouocant ⁊ inducunt iram diui-
nam ad flagellandum ⁊ punien-
dum peccatores.

¶ Primum est transgressio le-
galis.

¶ Secundum est obduratio cor-
dialis.

¶ Tertium est elatio diabolicalis.

¶ Primus prouocans iram dei contra peccatores est transgressio legalis. Qõ vt clarius intelligatur: ante omnia videndum est qd sit lex. Ait nãq; Crisyppus summus stoice sapientie Plbo:vt.ff. de legibus.l.lex. Lex inquit é sanctio sancta:iubens honesta: prohibens contraria. Et Ari.x. Ethi.

Lectꝰ sermo coactionez habéo: ab aliqua prudétia ⁊ intellectu p cedéo. vñ Ysido.lib.v. Ethimo.⁊ in decretio.di.iiij.c. Facte. Facte sunt aũt leges: vt earum metu: humana coerceat audacia: tutiaq; fiat liuer ip̃obroo innocétia: ⁊ in ipsis ip̃obris: formidato supplicio refrenetur audacia: ⁊ nocendi facultas. Et xxiij.q.v. Non frustra. Et sunt verba Hiero. Non frustra sunt instituta: potestas regio: ius cognitoris: vngule carnificis: arma militis: disciplina dñantis: seueritas etiã boni patris. Habent enim oia ista modos suos: causas: rationes: ⁊ vtilitates. Hec cuꝫ timétur: ⁊ mali coerceñt. ⁊ boni inter malos quieti viuunt. hec ille. Boni nõ possent viuere: imo ipunitas malos faceret cios viã ad magis peccandũ. xxxv. q.ir.c. Loci. Et q̃ peius est: inuitaret eos ad malignandu. L. de furtis. l. si q̃s. in fine. Hinc est: q̃ in ciuitatibus ⁊ habitatoribus preponunt officiales: pretores ⁊ iudices: quoꝝ officium est prouidere ne illicita fiant: vt patet. ff. ad l. aquil. l. Ita vulneratus. ⁊ ff. de iudicijs. l. si lõgius. ⁊ ff. de noxalibus. l. in delictis seruoꝝ. papho. cum dñs. Et Lo. de penis. l. si operis. ⁊ Lo. ꝺ defensoribus ciuitatuꝫ. l. per oẽs. imo oiꝫ ratio suadet penas ob maleficia solui: vt. ff. de fideiussoribus. l. Si arco. paphio. finali. Ideo Pbõ. Si excessus dimittatur ipunitus vnius: multos sibi cumulat delinquentes. Et sic malum transit ipunitum: ⁊ bonuꝫ irremuneratum: quod contra ẽ predicta iura. Et nemini debent parere cuiuscuꝫq; conditionis fuerint: siue dñi: siue nobiles: siue ciues: siue populares: quia quanto delinquens est maior: tãto magis est puniẽdus. patet. xi. di. c. homo christianus. Et. xi. q. iij. c. Precipue. Sic est de deo. Nam ipse deus dedit legem. s. decem precepta ad hunc finẽ: vt homines fiãt viri tuosi ⁊ viuant honeste: cũ ista sit voluntas eius: quia vt scribitur. i. thesa. iiij. Hec est enim voluntas dei: sanctificatio vestra. Hec autẽ diuina lex continet decem precepta: ad cuius obseruationem oẽs tenemur. Primum fundamentum omnium preceptorum est illud quod scribitur Mat. xxij. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ in tota anima tua ⁊ in tota mente tua. Ubi Augu. Diligitur deus toto corde ꝯ. intellectu sine errore. Tota anima. i. voluntate sine conditione. Tota mente. i. memoria sine obliuiõe. Ꝟ ille. Ita hec lex amoris obseruanda ẽ: vt nec venialiter nec mortaliter a no

bis deꝰ offendat. Unde Augu. Et. xxij. q. v. c. Ita ne: Pouꝰ enim quis debet omnia mala pati: q̃ peccato cõsentire. Et. s. Tho q̃lib. x. q. ix. ad tertium. Et in. iij. sen. d. xviij. q. ij. ar. iij. q. iij. dicit. Non solum aliquis debet subire mortẽ anteq̃ peccet mortaliter sed ante q̃ peccet venialiter: q: peccatum inquãtũ peccatũ nunq̃ est eligibile. Si enim esset eligibile nunq̃ eẽt peccatũ: ⁊ sic non peccares: si faceres. Ꝟ ille. Propterea philosophus in. iij. ethy. ait. Melius est mori q̃ facere contra bonuꝫ virtutis. ¶ Scõm preceptũ est. Nõ assumes nomen dei tui in vanum. Hoc precepto prohibẽtur periuria. blasfemie. ⁊ mẽdacia. ¶ Tertium preceptum diuine legis est. Memento vt diem sabbati sanctifices. Contra hoc preceptum facit: qui causa cupiditatis i die solẽni opus seruile facit: vendendo emẽdo: negociando. ⁊ huiusmõi. ¶ Quartum preceptum est. Honora patrẽ tuũ ⁊ matrem tuã verbo: signo: insuper ⁊ opere atq; obsequio. ¶ Quintum preceptuꝫ ẽ. Non occides: neq; s. corde: neq; verbo: neq; facto. ¶ Sextũ preceptum est. Nõ mechaberis. In quo prohibetur omnis luxurie ⁊ carnalitatis actus: preter q̃s in matrimonio. ¶ Septimus est. Non furaberis per furtum enim intelligitur omne male ablatuꝫ: sine occulte accipiendo: siue violenter rapiendo: siue fraudulẽtiam in mercationibus cõmittendo: siue mercedem debita non soluendo: siue vsuram perpetrando. ¶ Octauum. Non loqueris falsum testimonium aduersus proximum tuum. In hoc peccat falsus testis. qui vt ait Ysidorus de summo bono. Testis falsidicus tribuo personis est obnoxius. primo deum contemnit: per quem periurat. secundo iudicem quem mentiendo fallit. postremo innocentem: quem falso testimonio ledit. ¶ Nonum est. Non concupisces rem proximi tui. In quo p̃hibetur in debita cupiditas rei alienę. ¶ Decimũ ⁊ vltimuꝫ preceptum ẽ. Nõ concupisces vxorẽ proximi tui. Quia igit peccatores hãc legem dei spernunt transgrediuntur ⁊ conculcant. ideo merent diuinam iram experiri. qõ fit maxime cum aduersus eos: immittit iustissimus deus tribulationes: caristias: guerras: famẽ: pestes: fulgura. tempestates. motus diuersos atq; crudeles. Et hoc est qõ ipse deus minatur Deut. xxviij. ꝺ. Si audire nolueris vocem domini dei tui: vt custodias ⁊ facias oia mandata eius cerimonias: quaꝫ

ego precipio tibi hodie:venient super te omnes maledictiões iste: & apprehendent te. ¶Maledictus erio in ciuitate:maledictus in agro maledictũ hõreũ tuũ:& maledicte reliquie tue:maledict⁹ fructus vẽtris tui:& fructus terre tue:armenta bouũ tuoꝝ:& greges ouiũ tuarum. ¶Maledictus erio ingrediẽs & maledictus egrediens. ¶Mittet dñs super te famẽ & esuriem & increpationẽ in omnia opera tua.q̃ tu facis:donec conterat te & pdat velociter:propter adinuentiones tuas pessimas i quibus reliquisti me. Adiungat tibi dñs pestilẽtiã donec consumat te de terra:percutiat te dñs egestate:febre:& frigore.ardore.& estu:& aere corrupto ac rubigine:& prosequatur : donec pereas. hec ille. Hec autem auctoritas de verbo ad verbum explicãda est. C Undecimo. Prouocans iram dei est obduratio cordialis. Sacri theologi querunt. vtrum obstinatio sit a deo vel ab hoie. Ad q̃ respondet .s. Doc. in q̃nibus de veri.q.xix. ar.iij. Et i primo sen.d.xl.ar.ij. Et prima scõe.q.lxxix.ar.iiij. Et ꝑma parte.q.lxxij.ar.ij. Et in.ij. sen.d. vij.ar.ij. Et in.iiij. sen.di.l. ar.v. Sed permaxime in primo sen.sic dicẽs. Obduratio potest capi dupliciter. Uno mõ obduratio dicit actus voluntatis obstinate in malum cui malo pertinaciter adhereret. Et sic constat.q̃ obdurationis causa non est deus sed hõ. Aliqs vero obduratio dicit ipsa priuatio gratie:que etiã excecatio dicit. q: gratia est q̃dam lumen anime & perfectio quedã habilitans ipsã ad bonũ. Dõ autẽ aliquis careat gratia.ꝓtingit dupliciter.tũ q: ipe nõ vult recipere.imo expellit eaꝝ & remit. Nã in potestate eius est. & potest renuere.q: quilibꝫ potest renũciare sue potestati.vel ꝓpio iuri:vt ꝓbatur. vij.q.i.c.Quã periculosum. Et.C.de pactis.l.Si quis in ꝓscribẽdo. Et extra de foro ꝓpetenti.c.Si diligẽti. Et extra de regularibus capi. Ad apostoli cam.ergo in potestate hois est & accipe gratiã & renũciare. Deus autem neminẽ compellit renũciare:q: renunciare non compellitur quis iuitus:vt.vij.q.i.c.Quãto immo renunciatio debet esse voluntaria:vt Extra de renunciatione.c.Dõ metus causa.tum quia deus non infundit. Horum autẽ duorum talis est ordo vt.s. non sit secundum:nisi ex suppositione ꝑmi.Cum enim deus nil velit nisi bonum non vult istum carere gratia:nisi secundũ q̃ bonum est:sed q̃ iste careat gratia non est bonus simpliciter.Unde hoc absolute cõsideratum:non est volitum a deo est tamen bonum q̃ careat gratia si eam habere non vult:vel si negligenter se ad eam ꝓparat habendam:quia iustum est. Et hoc modo est a deo volitum. Et sic cõcluditur:q̃ causa obdurationis & obstinationis est malicia & pertinacia prauе voluntatis. Quam obstinationem sancti Docto.dicunt esse speciem peccati in spiritũsanctũ:vt clarẽ patet.xxij.q.xiiij.ar.ij. Confirmat autem Augustinus in Enchi.d. Qui obstinatione mentis diem claudit extremum:reus est peccati in spiritumsanctuꝫ.hec ille. Propter huiusmõi ergo peccatum:deus immittit tot mala:pestem:famẽ:& mortalitatem:& cetera calamitates.Hoc est q̃ dicit & minatur.Leui.xxvi.c.Si ambulaueritis ex aduerso mihi:nec audire volueritis me:addam plagas vestras vsqꝫ in septuplum ꝓpter peccata vestra:emittamqꝫ in vos bestias agri que consumant vos & pecora vestra:& ad paucitatem cuncta redigant:desertiqꝫ fient vie vestre. Dõ si nec sic volueritis recipere disciplinam:sed ambulaueritis ex aduerso mihi. Ego quoqꝫ contra vos aduersus incedam:& percutiaꝫ vos septies propter peccata vestra:inducãqꝫ super vos gladium vltorem fedus meum.Cumqꝫ confugeritis i vrbes:mittam pestilentiaꝫ in medio vestri & trademini in manibus hostiuꝫ. hec ibi. Et Numeri.xiiij.c. dicit sic.vsqꝫ quo detrahet mihi populus iste:Quousqꝫ nõ credẽt mihi in omnibus signis que feci coram eis.Feriam igit eos pestilentia atqꝫ consumã.hec ibi. Nõne propter obstinationeꝫ egyptiorum:qui nolebant dimittere filios israel habuerunt talem pestilẽtiaꝫ. q̃ nulla domus erat i egypto:in qua non iaceret mortuus:vt clare patet Exo.xiij.¶Sed vt clarius videas:quomodo deus minatur indicia sua:& tot mala:accipe bibliã & lege in ea cum diligentia. Et primo Exodi.v. & ix.c. Leui.xxvi.c. Numeri.xiiij.c.Deut.xxviij.c.secũdi.Reg.xxiiij.c.tertij. Reg.viij. c.primi. Paralipo.xxi.c. secundi. Paralipo.vi.c.& xx.c.Ité puer. xv.xix.xxi.& xxix.Ité primi Machab.x. Item Jere.xiiij.xxi. xxiiij. xxvij.xxix.xxxij.xxxiij.xxxviij.xlij .xliij.Cadent in gladio:& in fame ꝓsumentur a minimo vsqꝫ ad maximũ.In fame & gladio morientur & erunt in iusiurandum:& in miraculum:& in maledictionem:& in obprobrium. Item Ezechi.v.vi. & xij.xiij.xxviij. xxxiij.& xxxviij. c.Item Mat.xxiij. Et Luc.xxi. Surget gens contra gentem:& re

gnum aduersus regnum ⁊ terre-
motus magni erunt per loca: ⁊ pe
stilentie ⁊ fames: terroresq; de ce
lo ⁊ signa magna erunt: ⁊ infra.
Ue autem pregnantibus ⁊ nutriẽ
tibus in illis diebus. Erit enim p̃s
sura magna super terraꝫ ⁊ ira po
pulo huic. Et cadent in ore gladij
⁊ captiui ducentur in omnes gen
tes. Et hoc propter duriciã ⁊ ob-
stinationem cordis. Hec sunt ver
ba ineffabilis veritatis: que debe
rent mouere saxea pectora: tamẽ
vel pauci vel nulli conuertuntur:
aut duritiam cordis frangũt. Un
de Grego. in Omel. Ambulans
Jesus in mare galilee: ait. Audi-
stis fratres charissimi q; ad vni⁹
iussionis vocem Petrus ⁊ An-
dreas relictis retibus: secuti sunt
redemptorem. Nulla adhuc eum
miracula facere viderãt: nihil ab
eo de premio eterne retributionis
audierant: ⁊ tamen ad vnum pre
ceptum. hoc qd̃ possidere vide-
bantur. obliti sunt. Quanta nos
eius miracula videmus: quot fla
gellis atterimur: quantis minaruꝫ
asperitatibus deterremur: ⁊ ta
men vocantem sequi contemni-
mus? In celo iam sedet: qui de
conuersione nos admonet. Jam
iugo fidei: colla gentium subdi-
dit. Jam mundi gloriam strauit.
Jam ruinis eius crebrescentibus
districti iudicij sui diem appropin
quare denunciat: ⁊ tamen super
ba mens nostra: non vult hoc
sponte deserere. quod quottidie
perdit in vita. Quid fratres cha
rissimi dicturi sumus: q ob amo
rem presentis seculi nõ preceptis
flectimur: nec verberibus emen
damur. hec ille. ¶ Tertium p̃uo
cans iram dei est elatio diabolica
lis: dicunt enim Phylosophi na
turales: q vespertilio perdit visuꝫ
ꝓpter volatũ. Humor enim chri
stallinus: qui exigitur ad videndũ
transit in substantiam alarum. Ita
elati ⁊ superbi: imitantes diabolũ
principem superbie: semper in al
tum volantes super alios: perdũt
visum cognitionem: ⁊ considera
tionem iudiciorum dei: que capiti
bus eoꝝ semper iminent. Nõ vi
dent sanguineũ gladium: non spa
tam ex vtraq; parte acutam: non
celeste fulgur ab ira dei prepara
tum. Non sibi persuadent: q de⁹
ipsos rebelles ⁊ temerarios puni
re debeat vel possit. Errant p̃se
cto: ⁊ tenebris obcecati a veritate
deuiant. Si nãq; licet prelatis cor
rigere suos subditos: vt extra.
de officio ordinarij. capitulo Ir-
refragabili. Si licet domino cor-
rigere seruuꝫ suum: vt. ff. de his

qui sunt sui vel alieni iuris. l. pri
ma. parapho. i. Si licet creditori
seruuꝫ sibi pignoratuꝫ castigare ⁊
corrigere. ff. de pignoraticia actio
ne. l. eleganter. parapho. Plane.
Si licet magistro discipuluꝫ in di
sciplinatum: ⁊ non benefacientem
corrigere ⁊ castigare: vt patet. ff.
ad. l. aquil. l. Sed ⁊ si quecũq;. pa
rapho. magister. Si licet marito
castigare vxorem suam sine pena
dũmodo non excedat modum in
castigatione: vt. ff. Soluto matri-
monio. l. si constanter. parapho. si
maritus. O supbi. O iobediẽtes.
O rebelles. O trãsgressores le-
gis diuĩe. O adulteri animaꝝ ve
strarum. O blasphematores dei
⁊ sanctissime matris eius. O sui
demonum: non licebit deo: qui est
super omnia principatum tenens:
propter maximas offensiões: q̃s
continue sue maiestati infertis: ⁊
percutere: ⁊ interficere: ⁊ occide-
re: ⁊ postremo in baratrum infer
ni submergere? Nonne ipse obti
net ius: ⁊ imperium affligendi: tri
bulandi: opprimendi: flagellandi:
⁊ modo peste: modo febre: modo
sagittis: modo igne: modo aqua-
rum inundatione: modo terremo
tibus: modo ventis: modo siccita
te: modo maris tempestate. Hoc
est qd̃ ipse dicit. Deut. xxxij. c. Si
acuero vt fulgur gladium meum
⁊ arripuerit iudiciuꝫ manus mea
reddam vltionem hostibus meis
⁊ his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguĩe
⁊ gladius meus deuorabit carnes
Et p̃s. vij. gladium suum vibra-
uit: archum suum tetendit: ⁊ para
uit illum. Et in eo parauit vasa
mortis: sagittas suas ardentibus
efficit. Et in ecclesiastico. v. c. Su-
bito enim veniet ira illius: ⁊ in tẽ-
pore vindicte disperdet te. Sed ⁊
de impetuosa ac tremenda ira di
uina: audi terribile flagellum.
Nam legitur secundi Regum. vl
timo capitulo. q Dauid elatus
in superbiam populum sibi sub-
ditum dinumerare fecit. Quo
facto: misit ad eum dominus pro
phetam Gad. dicentem. Trium
tibi datur optio: elige vnum qd̃
volueris ex hijs: vt faciam tibi:
aut septem annis veniet tibi fa-
mes in terra tua: aut tribus men-
sibus fugies aduersarios tuos: ⁊
illi te persequentur: aut terre tri-
bus diebus erit pestilentia in ter
ra tua. Dauid autem arctatus pe
stilentiam elegit: per quam a ma
ne vsque ad tempus sacrificij
vespertini: mortui sunt septua-
ginta milia virorum. In parali-
pomenon. vero trecenta milia: p
ut narrat historia scolastica: addu-
cens hebreos qui dicunt. ibi loq̃t

de nobilibus tñ: sed de plebeio: sunt. ccc. milia. Videns aũt Baradeglacio euaginato: angelũ cedentẽ populũ suspexit i celũ ⁊ dixit. Ego sum qui peccaui: ⁊ ego iniq̃ egi. Isti qui oues sunt: quid fecerũt: O seuera dei iustitia. O aspera punitio. O crudelissima vindicta. Si. n. ꝓpter vnũ peccatũ: angelus in tam breui spacio interfecit trecẽta milia virorũ: quid faciet ergo vobis miseris: q tot peccata: tam infinita ⁊ innumerabilia scelera committitis:

Tertio principaliter ꝯsiderare debem⁹ ire dei euasionem. Querit hic vtrũ peccatores valeãt iram dei euadere. Huic petitioni rñdẽs dico: ꝙ tanta tãq̃ seuerissima ira: sceuit de⁹ opõs i puniẽdo peccatores: vt nullus vnq̃ extiterit tãte excellentie: fortune: aut potestatis: q manus sue ire potuerit effugere. Exẽplis hoc cõprobabimus vt res clarius ĩtelligat. Põpeius ciuis romanus potẽtissim⁹ q̃ totã Asiã romano subiugauit imperio: ⁊ sepius triũphauit: ⁊ inter alios triũphos quos gessit triginta ſer reges ante currũ: manibus post terga ligatis: maxima cũ gl̃ia duxit. Inter quos fuit Mitridates rex potẽtissimus: iraq̃ dei effugere nõ potuit. Nam a satellitibus Ptolomei: regis egypti: dũ fugeret Cesarẽ: decapitatus ẽ: de hoc Plutarch⁹. Crassus ciuis romanus: ditissimus ⁊ potentissimus: vnus de triũuiris: sensit irã dei: qñ a parthis miserabiliter mortu⁹ est: dũ bellũ ageret ꝯ illos. Cui dictũ est. Sanguinẽ sitisti: sanguineq̃ bibe. De hoc Plutarch⁹. Marius similiter quo vitrix totiẽs cõsule Roma fuit: qui de Cymbris ⁊ de Jugurta rege triũphauit iram dei sensit: dum a Roma exulauit: ⁊ morte vilissima affectus est: hec Plutarchus. Scylla similiter: qui dictator romanꝰ fuit: quod officiũ manus rome: ⁊ qui illariuq̃ deuicit ⁊ exulare fecit: turpissima morte affectus: ire dei cui dentissimum indicium fuit. Plutarchus. Scipio affricanus: similiter iram dei sensit. quando postquam subactam Carthaginem romano imperio: a Roma tamen exulauit: hec Titus Liuius. Scipio item affricanus secũdus. qui Carthaginem ipsam: funditus euertit. iram dei sensit. quãdo Rome triumphans de habita victoria die sequenti mortuus inuentus ẽ. hec Titus Liuius. Hãnibal Carthaginensis. ire dei testimonium euidens fuit. quando post multas victorias habitas ꝓ romanos: ⁊ maxime ꝓ Lãnensem victoriam qua oẽm vim romanoꝝ ꝓstrauit: ita vt modũ vnus anulorum Carthaginẽ miserit: in signũ maxime victorie habite: qua victoria ita elatus est: vt diceret se beatum. Actum nihil est: nisi pene milite: portas frãgimus: ⁊ media vexillum pono suburra. Tamen superatus a Scipione: cum tandẽ romani: cum insequerent: anulo quẽq̃ apud se habebat venenato: ori apposito: vitam miserabiliter finiuit: hec Titus Liuius: ⁊ Juuenalis. Xerses quoq̃ rex persaꝝ: qui aduersus greciam veniens: exercitum magnum duxit. In quo vt dicit Justinus libro. ij. habuit septingenta milia de regno: ⁊ trecẽta milia ꝺ auxilijs. Naues quoq̃ decies centum milia: vt non imerito ꝓditum sit: ab exercitu eius flumina siccata. Qui tanta superbia ducebatur: vt veluti esset ꝺominus nature: montes in planũ dedũcerẽt: ⁊ q̃ cuꝛa vallibus equaret: ⁊ quedam maria ad nauigationis commodum: per compendium ducebat. Huiusmodi talis ⁊ tãtus: iram dei sensit. Nam superatus ⁊ deuictus: miserabiliter sola naui reuersus effugit: ⁊ tandem contẽptus a suis: ꝓpter bellum infeliciter gestum ab Artabano eius pfecto occisus est. hec Justinus. Alcibiades quoque athenien sis dux fortissimus post gloriosam victoriã habitam ꝓ tra Darium regem persaꝝ: ⁊ post honorem maximũ inde consequutus iram dei sensit: quãdo ab athenien sibus condẽnatus: q̃nquaginta talẽtis: que dum persoluere nõ potuit: in vincula publica coniectus: ibi diem obijt suppremũ. hic Emilius ꝓbus. Themistocles etiaꝝ dux athenien sis clarissimus: cuius auctoritate ⁊ prudentia, Xerses rex persaꝝ deuictus: ⁊ expulsus ẽ: irã dei sensit: quando a ciuibus suis: exilio damnatus est: ⁊ tandem: vt aliquib⁹ placet: veneno sumpto: sua sponte mortuus est. hec Emilius probus. Paulanias similiter: dux lacedemoni⁹: quo duce: Mardonius gener regis persarum: cum ducentis milibus peditum: ⁊ viginti milibus equitum: superatus est: ire dei testimonium prebuit: quãdo dum in templo fugisset: vt montes euaderet: ibi clausus fuit Cliuo: mori passus est: ꝺ Emilius probus. Sed quid in lõgum sermonem protrabo: Iram iustissimi dei: nullus vnq̃ peccator euasit. Non Lucifer cum suis sequacibus. Non primi parẽtes. Non gigantes viri robustissimi. Nõ Nembroth edificans turrem. Non totum genus huma-

nuz: quin aquis diluuij fuerit sub-
mersum. paucis. idest octo exce
ptis. Non Madiam cum tam i-
uumerabili exercitu: qui erat sicut
arena maris. Naz omnes a Ge
deone fuerunt destructi. Judic.
vij.c. Non reges. Non impera-
tores. Non tyrāni. Non domini.
Non crudeles. Non parui. Nō
magni. Nullus pōt a diuino fu-
rore se abscondere. Nemo potest
subterfugere. Nullus euadere.
Ira siquidem tremēdi dei punit:
flagellat: dispdit ⁊ anihilat. vnde
ipse ait. Deutero.xxxij. Ego occi
dam ⁊ ego viuere faciam: percu-
ciam. ⁊ ego sanabo: ⁊ non est qui
de manu mea possit eruere. Et ex
hoc tremens Dauid: aiebat. ps.
clix. Si ascendero in celum tu illic
es: si descēdero ad infernuz ades.
Si sumpsero pēnas meas dilu-
culo ⁊ habitauero i extremis ma
ris. Et enim illuc manus tua de-
ducet me ⁊ tenebit me dextera
tua. hec ille. Cur igitur O miseri
peccatores potentissimi dei prece
pta contēnitis? Cur in tot vitijs ⁊
sceleribus obstinati perduratis?
Cur dyabolica superbia cecati
inceditis? Cur non humiliamini
sub potenti manu dei: vt eius irā
furorem: vindictam effugere pos
sitis? Expergiscimini iam: ⁊ vias
vestras ita dirigite: mores cōpo-
nite: ceruicem flectite: vt vobis
deum placare valeatis: qui viuit
⁊ regnat: per omnia secula seculo
rum. Amen.

¶ Feria secunda tertie Dñice
De purgatorio. Sermo.xxvij.

Fac ⁊ hec in patria
tua. Luc. iiij. Tāta
est pulchritudo cele
stis patrie vt in illā
nihil maculatum: ni
hil coinquinatum intrare possit:
testante hoc Johanne in Apoca.
.xxi. vbi ait. Non intrabit in ea
aliquid coinquinatum. Et cum ne
mo in hac vita: absqz veniali pec
cato viuere possit: necesse ē: si ad
celestem patriam ascēdere cupit:
vt purgetur in hoc mundo vel in
fornace purgatorij. Nec quisqz
debet in amicis. parētibus. filijs.
beniuolis. ⁊ amantibus suā spem
ponere. Sed dum in mundo po
situs est. studeat bonis operibus.
peccata redimere. Ad hoc enim
in hac nr̄a patria terrena positi
sumus. vt per bona opera. cone-
mur purgatorij penas euadere.
Et hoc est quod iquit thema. Fac
⁊ hec supple bona opera: i patria
tua: ⁊ sunt verba hodierni euāge
lij. In quo tria habem⁹ documē
ta. ¶ Primum documentum est
q̄ qlibet debet honorare patriaz

uam: in qua natus ⁊ nutritus est:
iuxta partem primam euangelij:
in qua dicitur.. Quanta audiui-
mus facta ⁊c. ¶ Secundum do-
cumentum est: q̄ diuina pietas:
semp prouidet bonis: dato q̄ sint
inter malos constituti. Hoc patet
secunda euangelij parte vbi dicit
de Helia q̄ fuit missus ad mulie-
rem viduam in sarepta: a qua fuit
sibi prouisum. ¶ Tertium docu-
mentum est: q̄ ira facit hominem
peiorem dyabolo. Nam dyabol⁹
duxit xp̄m super montez excelsuz:
de quo non fuit ausus illum preci
pitare: sed iudei irati: ipsum salua
torem: duxerunt ad superciliū mō
tis: vt ipsuz precipitarent. Hoc tā
gitur. ibi. Repleti sunt omnes in
synagoga ira. Quasi quis offen
derit: studeat in hoc mundo satis-
facere: ne post ea puniendus ad
purgatorium descendat. De quo
purgatorio tria hoc mane consi-
derabimus.

¶ Primo purgatorij verifica-
tionem.

¶ Secundo purgatorij punitio
nem.

¶ Tertio purgatorij subleuatio
nem.

¶ Primo considerabimus pur
gatorij verificationem. s. Utrum
sit purgatorium. Ad hec respon-
det omnis theologoꝝ scola: ⁊ q̄z
maxime. s. Tho. d. Petrus de ta
ran. d. Petrus de palu. dominus
Albertus magnus. sanctus Bo
nauentura. Ricardus de media
villa: sed permaxime sanc. Doc.
in. iiij. senten. di. xxi. ar. primo. q. i.
in responsione principali: q̄ pur-
gatorium omnino ⁊ infallibiliter
reperitur. Hec cōclusio est vera
fidelis. ⁊ catholica. Quam con-
clusionē triplici rōne declaro.

¶ Primo ratione perfectionis.

¶ Scdo ratione reuelationis.

¶ Tertio ratione distinctionis.

¶ Primo dico q̄ purgatorium
est omnino: ratione perfectionis.
dicit. s. Doc. pte prima. q. iiij. ar.
primo. In corpore questionis. Et
phylosophus. xij. Metha. Pri-
mum principium quod est deus:
oportet esse perfectissimum. Et
Lactātius libro primo. c. iij. dicit.
Deus vero: si perfectus est: q̄z p
fectus est: vt esse debet: nō potest
esse: nisi vnus: vt in eo sint omnia
Hoc idez testat Diony. de diuis
no. c. iiij. d. Deus pre oib⁹ modis
est perfectus: ergo opera dei sunt
perfecta. vnde Deute. xxxij. c. di-
cit Moyses. Dei perfecta sunt
opa. Perfectum aūt tunc vnum-
qdqz est: cum sibi nihil deest: s̄m
modū sue perfectionis: vt patet p
Phm. v. Metha. Et. iij. Phy.
Nulla enīz res destituitur a ꝓpria

operatione: vt in primo de celo. Et.iiij.metha. Tunc sic. Si purgatorium non esset. opera dei essent imperfecta: quia essent sine iustitia que exigit vt peccata puniantur: vt dicit.s. Tho. in.iiij. di.xxi. ar.i. Si enim per contritionē deleta culpa: non tollatur ex toto reatus pene: nec etiam semper venialia: dimissis mortalibus tolluntur Oportet q̄ ille qui post cōtritionē de peccato ⁊ absolutionem: decedit ante satisfactionem: post hanc vitam puniatur. Et talis punitio fiet in purgatorio. Unde qui negat purgatorium: contra iustitiam diuinam loquitur: quod est erroneū ⁊ a fide alienum. h̄.s. Tho. Unde Plato in phedōne. Si igitur defuncti malium cōperiuntur in vita tenuisse: sua quiq; vehicula ascēdentes: ⁊ sup his delati: ad paludē pueniūt acherusiā: ibi habitāt iniuriaꝝ penas dātes. et cum purificati sunt absoluuntur: ⁊ recte factorum digna premia reportant. h̄ ille. ¶ Scdo dico q̄ purgatorium est ratione reuelationis. Christus verus deus ⁊ verus homo: purgatorium omnino esse reuelauit: vt clare habet. Mat.xij.c.sic di. Qui dixerit verbum contra spiritum sanctuz: nō remittetur ei: neq; in hoc seculo neq; in futuro. Unde Grego.iiij.dyalogoꝝ. Et in decretis.di.xxv.c. Qualis.sic dicit. Hac sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo: quasdā in futuro posse relaxari. Quod enim de vno negatur cōsequēs intellectui patet: quia de quibusdam conceditur. h̄ ille. Et.xv.q.iij. Ex eo.xxiij.q.v. Quid sit.d.xlv. Disciplina.ff.de iuditijs.l.cuz pretor. Ex quibus colligitur q̄ duplex est locus remissionis peccatorū. Unus in hoc mundo: ⁊ alius in futuro. Et tale est purgatoriū. Et Mat. v. Esto cōsentiēs aduersario tuo cito: dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici: ⁊ iudex tradat te ministro: ⁊ in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde: donec nouissimū quadrantem reddas. h̄ ille. Non iubet deus aliquem peccatorem in hoc mundo in carcerem poni sed in alio.i.in purgatorio: ⁊ ibi stabit vsq; ad plenam satisfactionem: ⁊ tunc exibit: quod non pōt intelligi de incarceratis in inferno: ⁊ hoc quia non satisfecit dum erat in vita.i. in hoc mundo. Et Paulus gentium doc.i. cor.iij.c. dicit. Si quis autem superedificat supra fundamentum hoc: aurum: argentum: lapides preciosos: ligna fenum: stipulam: vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit: q̄ in igne reue

labitur: ⁊ vniuscuiusq; opus quale sit: ignis probabit. Si cuius opus manserit q̄ superedificauit mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur: ipse aūt saluus erit: sic tamen quasi p ignē. hoc est per ignem purgatorij. Et ij.macha.xij. Considerabat.s. Iudas machabeus. q̄ hi qui cū pietate dormitionē acceperant: optimam habere repositam gratiaz. Sancta ergo ⁊ salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt a peccatis soluantur. h̄ ibi. Unde Grenizācenus dicit. Si aliq̄s i xp̄o amico consentiens in hac vita: purgare peccata minus poterit: post trāsitum hinc per purgatorij ignis cōflationem expeditur. Hoc predicamus dogma veritatis seruātes. hoc credimus. h̄ ille. Propterea sancta mater ecclesia a spiritu sancto directa: que errare nō potest: orat vniuersaliter pro defunctis: non pro illis qui sunt in inferno: q̄ ibi nulla est redemptio. Non pro illis qui sunt in gloria: quia non indigent. Non pro existentibus in lymbo: quia non sunt incorporati christo per baptismum: ergo pro illis qui purgantur. ergo est purgatoriuz. ¶ Tertio dico q̄ ē purgatorium ratione distinctionis aliqui egrediuntur ex hoc seculo cū peccato originali: ⁊ istis diuina iustitia prouidit quendam locū: qui vocatur lymbus puerorum: vbi nullam penam sensus habent: nisi penam damni: quia.s. nunquaz videbunt diuinam essentiam. Aliqui egrediuntur cū peccato mortali. Et istis diuina iustitia deputauit supplicium eternuz: vbi eternaliter cruciabuntur sine aliqua spe liberationis. Aliqui transeunt sine peccato veniali ⁊ sine peccato mortali: ⁊ sine aliqua obligatione satisfactiōis. tales directe ad paradisum volant. Aliqui transeunt cum peccato veniali. Et istis non debetur infernus: quia pro peccato veniali nullus damnatur: nec possunt ingredi paradisum: q̄ vt scribitur Apoc.xxi. Non intrabit in ea aliquid coinquinatuz. Nec lymbum puerorum: quia locus ille tm̄ pueris cum originali mortuis est ordinatus. Nec lymbum sanctorum patrum: quia ille locus totus vacuus post mortem christi remansit. ergo est necesse q̄ sit aliquis alius locus in quo purgentur peccata venialia: quibus purgatis anima possit ingredi paradisum. Sunt ⁊ alij qui transeunt in charitate: qui post multa peccata mortalia fuerunt contriti ⁊ confessi: sed non fecerunt tantaz panitentiam quantam debebant: quia pro quolibet peccato mortali

debet imponi penitentia septez annorum: vt. xxxiij. q. ij. Hoc ipsum xxij. q. i. Predicandum. xxvij. q. i. Deuotam. ⁊ di. lxxij. Prebyter. vbi dicitur. Malorum criminuz penitentia septem annorum spacio cõcludatur: isti nõ possunt intrare paradisum: quia non satisfecerunt: non debent damnari: quia sunt in charitate per contritionez ⁊ confessionem prehabitam: non in lymbo puerorum: nec sanctorum patrum. ergo necessario concludendum est: q̃ sit locus purgationis in quo tales purgabuntur vsqz ad minimum quadrantem: ſm q̃ diuina exigit iustitia. Apparet igitur tribus rõnibus supradictis: q̃ omnino in alio mundo est locus purgationis. De quo purgatorio habetur figura in veteri testamento: vt patet q̃ inter egyptum ⁊ terram promissionis manantem lacte ⁊ melle est desertum medium. Egyptus que interpretatur tenebra figurat infernũ. Terra promissionis significat gloriam paradisi. Desertum vero denotat purgatorium. Et licet multa exempla possint adduci ad probandum purgatorium: tamen vnũ tm̃ accipe. Habetur enim in vitis fratruz nr̃oruz de penis purgatorij in p̃ncipio. Qd̃ duo fratres quorum ynus nouitius alter p̃dicator erat antiquus in conuentu Coloneñ. eodem die defuncti sunt. Tertia vero die post h̃ nouitius gaudẽs infirmario apparuit: vt ipse retulit dicens q̃ propter feruorem conuersionis quem habuit: ita cito purgatus ẽ. Post mensem autem predicator predictus infirmario eidem apparuit gloriosus: pulcherimum monile habens in pectore: ⁊ multos lapides preciosos in veste: ⁊ aure: atqz coronam in capite. Cũqz frater quereret ab eo: Cur nouitius cito: ⁊ h̃ tarde purgatus fuerat: ⁊ quid illa insignia figurabant. rñdit. Ego propter familiaritates secularium ⁊ verba solatij: diutius in purgatorio fui: ſz maiorem gloriam sum adeptus. Monile significat rectam intẽtionem in deum: lapides preciosi animas quas conuerti: corona ineffabilem gloriam: quam a domino sum adeptus. Et sic purgatus ad paradisum indubitanter euolauit. Et ita patet prima pars principalis. q̃. s. purgatorium est ad expiationem animarum que alicui pene obooxie decedunt.

Secundo principaliter considerare debemus purgatorij punitionez. s. vtrum pena qua puniuntur illi qui sunt in purgatorio: sit maxima penaruz. Rñdit s. Tho. in. iiij. sen. di. xxi. ar. i. dicẽs Pena purgatorij excedit omnez penam temporalem huius vite. Pro cuius declaratione: nota q̃ magna est vis atqz potentia intellectus vt dicit philosophus in. iij. de anima. Nam potest omnia intelligere. Magna est potentia visus. pẽt enim omnia colorata videre vt dicit philosophus in. ij. de anima. primo de sen. ⁊ sensa. ⁊. iij. de anima. Magna est potentia auditus que diuersos audit sonos ⁊ melodias: vt philosophus dicit ij. de anima ⁊. ij. metha. ⁊ de sen. ⁊ sensa. Magna est vis ⁊ potẽtia aliorũ sensuũ. Nam per eos rez species atqz similitudines intrant in animam. vt declarat philosophus. iij. de anima. ⁊ de sen. ⁊ sensa. ⁊ in. i. ⁊. ij. poste. ⁊ in. i. metha. Et tamen nullus humanus intellectus cũ sua potentia: dum corpori in hoc mundo coniunctus est: potest intelligere magnitudinem atqz acerbitatem pene purgatorij nullus visus vidit: nullus auditus audiuit: nullus sensus percepit nec pcipere potest. Or pensa adũque quanta e grande: quanta e dura: quanta e afflictiua: quanta e spauẽtosa la pena del purgatorio. Magna fuit pena Bartholamei duz decoriebatur. Magna pena Laurentij. Magna fuit pena Vincẽtij martyris. Magna fuit pena Petri martyris. Magne fuerũt pene aliorum martyrum: sed nihil fuerunt respectu minime pene purgatorij. Unde sanct⁹ Doc. in iiij. distin. vbi supra. q. iij. dicit. q̃ in purgatorio erit duplex pena. Una damni inquantum. s. retardantur a diuina visione. Alia sensus: ſm q̃ ab igne corporali punientur. Et quantum ad vtranqz pena purgatorij minima excedit maximam penam huius vite. Et hoc triplici ratione declaratur.

¶ Primo. ratione auiditatis.

¶ Secundo. ratione generalitatis.

¶ Tertio. ratione nobilitatis.

Et primo ratione auiditatis. sic. Quanto aliquod bonum magis desideratur: tanto eius absentia ẽ molestior ⁊ durior. Patet per regulam: topicam in. ij. ⁊. iij. Topicorum. sed nullum bonum ita ardenter ⁊ affectuose desideratur in hac vita. sicut anima separata. in charitate existens ardenter desiderat videre deum suum glorificatorem: ⁊ coniungere se sue maiestati. ergo priuatio ⁊ absentia ⁊ carentia tanti boni maxime cruciat ⁊ tormentat animam. Unde Prouer. xiij. c. Spes que differtur ⁊ affligit aiam. ¶ Scdo dico q̃ pena

purgatorij ē durior. Sicut bonū: quāto est cōius: tanto est maius ⁊ diuinius: vt patet ꝑ Phm.i. Ethi coꝝ. Sed anima separata que est in fornace purgatorij: tota punit: cuꝫ sit simplex ⁊ indiuisibilis ⁊ nō cōposita: neqꝫ partibilis: vt probat Phs in primo de aia. Non est ita de corpore. Naꝫ corpus nō totum simul punit: q: est diuisibile: sed patit in ea parte in qua ledit: nisi per quandam colligationem neruoꝝ. Nam si leditur in brachio: in eo patit: ⁊ nō in alijs mēbris. ergo illa pena que est aīe separate i purgatorio existentis ē maxima ⁊ itētissima oīum penarū corporaliū. ¶ Tertio ratione nobilitatis. sic. Quanto aliquid ē natura nobilius. Tanto eidem ipositis plagis magis punit ⁊ cruciatur: vt vult Phs. de sen. ⁊ sen. Et in.ij. de aia.c. gustabile autem. Sed aīa respectu corporis est nobilissima: vt declarat. Phs.xvij. de animalibus.d. Anima est nobilior omni corpore: animatū in animato: viuū mortuo: ens non ente. Et primo Ethi. dicit. Bona anime maxīe sunt bona. Et.vi. Topi. dicit. Anima melior est corpore: ⁊ anime bonum oībus bonis. Hoc idem dicit in.ij. ⁊.iij. de anima. ergo pena qua punitur ⁊ cruciatur anima in purgatorio est maxima omniū corporalium penaꝝ. Altius dico ſm.n.s. Doc.in.iij.pte. q.xlvi.ar.vi. Dolor christi in passione fuit dolor maximus: ⁊ tamē pena purgatorij: tam est dura ⁊ afflictiua: q̄ excedit dolorem passionis christi: vt patet ꝑ eundē doc. q. vbi supra ad tertium. Considera ergo: che pena: quale: doglia: quanto dolore: quanto tormento: quanto incendio e brusamento patiuntur ille paupcule anime que sunt incarcerate ⁊ detruse in illo igne purgatorij. Audi Augustinū vt habet in decretis. de pe.d.vij. in fine. Prius purgandus ē igne purgationis qui in aliud seculum distulit fructū conuersionis. Hic ignis. etsi eternus non sit. miro tñ modo grauis est. Superat enim omnem penam quā vnqꝫ passus est aliquis in hac vita. Nunqꝫ in carne: tanta inuenta est pena: licet martyres mirabilia passi sint tormenta: ⁊ multi nequiter q̄ꝫta sepe sustinuerūt supplicia. Studeat ergo quisqꝫ sic delicta corrigere: vt post mortem non oporteat penaꝫ tollerare. hec ille. Sed quia exempla magis mouent: audi mirabile exemplū. Legitur in uitis fratruꝫ ordinis nostri. q̄ quidaꝫ frater noster post mortem apparuit cuidaꝫ suo amico qui erat aduocatus a quo aduocato iterogratꝰ dixit q̄

erat in purgatorio. Interrogatus quanta erat pena purgatorij. Rñdit q̄ si mundus ⁊ omnia visibilia in eo arderent: non possent eq parari ardori ⁊ pene purgatorij. Audi aliud exemplum. Abbas quidam veniens ad mortem carnali amore ductus consuluit q̄ nepos suus substitueretur sibi. Qui factus abbas: dū semel solus iret ad fontez quendā: qui erat in horto: audiuit quasi vocem auunculi eiulantis. Qui adiuratus ab eo dixit se ibidem inestimabiliter vri ⁊ cruciari. q: carnaliter persuaserat a requirentibus eum eligi i abbatem. Et cum nepos diceret euꝫ non posse multum in fonte temperato affligi. rogauit vt candelabꝝ cupreum in fonte proijceret: quo statim liquefacto: illi abbatie renūtians: ipsum amplius non vidit. Manifestum est igitur rationibus: auctoritate ⁊ exemplis q̄ pena purgatorij est maxima penarum corporalium: adeo q̄ anime ibi cruciantur: cōburuntur: incenduntur. Continue clamant versus suos: qui sunt in hoc mundo dicentes illud. Job. xix.c. Miseremini mei miseremini mei saltez vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Cogita o fili: ⁊ oculo mentali respice animaꝫ patris tui clamantis ⁊ dicentis. Miserere mei o fili mi. Compatere mihi: o fili subuenias mihi. O fili recordare q̄ a me habes esse: a me habes nutrimentum: a me possessiones: a me pecuniam: a me domum: a me quicquid habes. Vide fili q: crucior in hac flāma. Recordare fili quot labores: quot angustias: quot sudores pro te sustinui. O fili quomodo crudelis factus es mihi: tu non missas pro me facis celebrari. tu nō vestis pauperes. non cibas famelicos. tu non porrigis elymosinas. Cur me obliuiōi tradidisti? Non vides quomodo crucior in hac purgatorij fornace? Heu me quia totus vror. Heu me quia totus affligor. Heu me quia totus in igne submersus suꝫ: ligatus sum: incarceratus sum. Miserere ergo fili: miserere patri tuo: miserere genitori tuo: quia manus domini tetigit me: puniendo in hac crudelissima pena. Sꝫ O dulcissime filie. Cōsideret quelibet vestrum: ⁊ oculo mentali respiciat matrem suam iacentem in illa flāma clamantem ⁊ dicentem Heu me filia mea dulcissima: tu non misereris mihi. Non vides me o filia quomodo crucior: quomodo comburor? Heu me. Nō recordaris q̄ ego nouem mensibus in vtero te portaui: ⁊ tot doloribus parturiui? Nonne tanto

tempore te lactaui. Quotiēo te lauate nutriuiuot vestimenta: tot vocalia tibi donaui. Maa filia mi sere mei miserere mariti tui. Ad iuua me. Succurre misere vt a tam acerbissima pena liberari possis. Quis igitur filius tam ingratus quę filia tam inhumana ꝛ crudelis erit: nō velit compati matri sue dulcissime: ꝛ illi subuenire cuiꝰ ex tanto ardore cupiendo ꝛ supplicio liberare? Clamant itaq; eluanio ꝛ affligi iustum abiti, pena patres matres: fratres: sorores: nepotes: auūculi: consanguinei: amici: ꝛ socii: miserabiliter repetunt illud. Miserimini mei miserimini mei: saltē vos amici mei: quia manus domini tetigit me.

Tertio principaliter cōsiderare debem⁹ purgatorij sublleuationem. s. quō subueniſ illis: q i tanto igne affliguntſ. Rñdet. s. Doc. in iij. sen. d. xlv. q. ij. ar. ij. Dō plura sunt: quib⁹ sublleuantſ aie defunctoꝝ. Similiter Grego. vt in decretis. xxij. q. ij. di. Anime defunctoꝝ quattuor modis sublleuantſ: aut sublleuationibus sacerdotum: aut precibus sanctoꝝ: aut caritatiuis elemosynis: aut ieiunio cognatorū. Hic habet ille. Primus modus quo subueniſ aiabus in purgatorio⁹ missarum celebratio. Concluſio est theologalis: q nihil pōt deo offerri grat⁹ ꝛ acceptius: q̄z sit sacramentuz altaris. vnde. s. Doc. vbi .ō. dicit. Sacramentum eucharistie: est sacramentum ecclesiastice vnionis: ꝓtinens illum in quo tota ecclesia vnitur ꝛ cōsolidatur. s. xp̄m. vnde eucharistia est quedaꝫ charitatis origo: siue vinculū: hec ille. Et ideo misse pluꝰ prosunt defuncto: q̄z alia quecunq; bona pro eo facta. Differtur enim in missa ille: qui est verus deus. ꝛ verus homo iesus christ⁹. Exēplum mirabile. Quidam frater ordinis nostri post mortem condēnato in purgatorio p. xv. annos: post matutinum apparens cuidaꝫ suo amico: qui frat̄ similiter erat ordinis nostri: rogauit eum vt sibi missarum sacrificio: quod magis gratū erat deo subueniret. Et statim disparuit. Frater ille valde cō patiens anime sui charissimi: mane sequenti cum magna deuotione missam celebrauit. Cum vero vellet recipere hostiam consecratam: tenens in manu. huiusmodi verba locutus est. Domine iesu christe si rex soldanus babilonie teneret aliquem in carcere pro suo delectabiliter: ꝛ quidam camerarius qui ei seruisset. xx. annis rogaret regem pro liberatione incarceratus ꝛ pro sua liberalitate: ob preces sui camerarij vel seruitoris liberaret eum. Domine non ego sum: soldano saracenorum. Camerarius tuus sum. Seruiui mihi per. xx. annos: ꝛ deuote insteti seruicio mortenco fratrem meum quasi scl̄auum compedibus: pro seruicio igitur meo: peto cum mihi dari a tua clemencia. Cūq; non semel vel bis: sed iteratis vicibus dicta verba inculcasset: sic missaꝫ finiuit. Sequenti vero vocte post matutinas: stans in oratione: vidit fratrem predictum ante eum stantem: habitu candido ꝛ preclaro. Quesiuit quid esset. Respondit se esse illuꝫ qui ei apparuerat. Et cum ab ipso quereret: quomodo sibi esset. dixit. Bene per gratiam dei. petisti me a domino: ꝛ me tibi dedit. Jam igitur liberatus a purgatorio vado ad societatem spirituum beatorum. Et statim disparuit. Ecce quante efficacie fuit vna missa. Similiter habetur de quodam monacho sancti Gregorij: qui iussit Gregorius sepeliri in sterquilinio: quia sibi occulte reseruauerat treꝰ ducatos. Sed celebratis triginta missis pro eius sepultione sancti Gregorij apparuit germano suo dicens. Nunc vsq; mihi male fuit: sed modo bene: eo quia hodie cōmunionem recepi: ꝛ sic ad paradisi gloriam volaui. Hoc habetur in dialogo beati Gregorii. Et ex hoc exemplo manifeste videtur processisse deuotio fidelium de missis Gregoriano pro liberatione animarum dicendis. Secundo dico q⁹ anime in purgatorio existentes liberantur amicorum oratione. Dicit Chrisostomus super Matth. loquens de oratione. Nihil est homini probo orante potentius. Ergo quilibet oret p suis quia orationes nostre mirabiliter prosunt eis. Sed dices. Velim scire: quas orationes debeo facere? Respondeo ꝛ dico: le meglio re del mondo. scilicet pater noster ꝛ ave maria. Dicas ergo in magno numero has pro anima patris: illas pro anima matris: illas pro amicis: illas pro vicinis. Orate igitur seruenter: attente ꝛ cordialiter compatiendo animabus in purgatorio. Alius dicat. septē psalmos. Alter vesperas mortuorum. Hic officium virginis: ille de profundis. ille miserere mei deus: quia sic adimpletur voluntas dei: vt dicit Gregorius ꝛ in decret. dat̄ ps. xxiij. q. iij. c. Obtinere. Tertio diuꝰ largissime. Hā

sicut aqua extinguit ignem:ita ele
mosyna extinguit peccatū.i.penā
debitam ꝑ peccatis. Et talis pur-
gatio fit in purgatorio.quando er
go vides pauperē:recordare ani
maꝫ patris tui ⁊ matris tue:forte
adhuc esse in purgatorio. Ideo
porrige illi panem vel vinuꝫ:de-
MAne nobiscum. Luce.vltī. Inter cetera quib⁹ diuine maiestati grati reddimur t accepti: precipuum esse iudico: exercitium sanctissimoꝫ operū misericordie: ac pietatis primalis. Testant ꝫ diuinaꝫ codices scripturaꝫ. Testat hoc idem incarnata veritas dicens. Mat.xxv. Verum inter huiusmodi pietatis opera: principatum tenet elemosyna sancta. Que quidem vt sapiens inquit. Eccle. xxix. Per te eruabit ab omni malo. Hoc sane cognouerunt illi beatissimi apostoli. Cleophas t Lucas in euangelio presenti cōmemorati. Qui existimantes saluatorem mundi pauperem t peregrinum esse pietate cōmota ipsius hospitio recipere: sibiqꝫ de elemosynam dare voluerunt. dicentes. Mane nobiscum. Que quidem diuina verba mihi materiaꝫ prebent predicandi de ipsa elemosyna sacratissima. De q̄ hoc mane tria contemplabimur.

¶ Primo diffinitionem.
¶ Secundo susceptionem.
¶ Tertio fructificationem.
¶ Primo elemosyne considerare debemus diffinitionē. s. Doc. in.xxij.q.xxxij.ar.i. Et in.iiij. sen. di.xv.q.ij. Et.di. Pe.de palu.in iiij.sen.eadē di. Elemosynā sic diffiniunt. Elemosyna ē opus i quo dat aliquid indigēti ex cōpassione ꝓpter deum. Circa quā diffinitionē: querunt theologi t canoniste. Utrū elemosyna fit de necessitate salutis: ita q̄ nō faciēs elemosynā peccet mortaliter? Huic quesito respondet. s. Doc. in.xxij.q.xxj.ar.v. Et i.iiij.sen.d.xv. dicēs q̄ pars

elemosynā est de precepto. Ad q̄ dē intelligendum est hm q̄ recta ratio requirit hm quā duo ꝓsideranda sunt. Unum ex pte dantis. s. vt id qđ in elemosynam erogādū ēmō sit ei necessariū ꝫ supfluū mō soluꝫ respectu sui ipsius: sed respectu alioꝝ quoꝝ cura ei incumbit. Quia primo oꝫ q̄ vnusquisq; sibi t suis prouideat: t de reliquo pauperib⁹ subueniat. Sic t natura. primo accipit cibum ad sustentationē corporis ꝓpriꝫ qđ ē necessariū misterio virtutis nutritiue. Supfluū autē erogat ad generationē alterius: p virtutē generatiuā. Aliō ex pte recipiētis. vꝫ si necessitatē habeat alioquin nō esset rō q̄re elemosyna ei daret. Non eni oīs necessitas obligat ad preceptum: ꝫ illa sola fine quarto qui necessitatē patit sustētari nō pōt. Sic igit dare elemosynā de supfluo ei qui est in extrema necessitate est de ꝓcepto: alias aūt est de ꝓsilio: qđ triplici ratiōe declaro.

¶ Primo rōne trāsgressionis.
¶ Secundo rōne furationis.
¶ Tertio rōne damnationis.
¶ Primo nō faciēs elemosynaꝫ quā admoduꝫ ꝓsuppositum ē peccat mortaliter: rōne trāsgressionis. sic. Quicunq; trāsgredit diuinum ꝓceptum peccat mortaliter. Sed non faciēs elemosynā: transgredit diuinum ꝓceptum. Ad. Deut.xv. dē. Ecce indigēs t mēdicus non erit inter vos. Et infra. Non deerunt pauperes in terra habitationis tue. Idcirco ego precipio tibi vt apias manum fratri tuo egenoꝫ t pauperi q̄ tecum versat in terra. Et Pa.lxxj. Frāge esurienti panē tuū t egenos vagosq; induc i domum tuā. Cum videris nudum operi eū t carnē tuā ne despexeris. Tobie.iiij. Noli auertere faciē tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet vt nō auertat a te faciem deus. Eccle.xxx. Conclude elemosynā in sinu pauperis. t hic exorabit ꝓ te ab omni malo. Lu.xi. Quō supest date elemosynā: t ecce oīa munda sunt vobis. Et Luc.xij. Vēdite que possidetis t date elemosynam. Facite vobis saculos qui nō veterascūt thesaurū nō deficientem in celis quo fur non approprat: nec tinea corrumpit: ergo non faciens elemosynam peccat mortaliter: sicut diuini precepti trāsgressor. ¶ Secundo idem probatur ratione furationis. Quicunq; furtum committit vel rapinam: vtiq; mortaliter peccat: quia t etiam precepti legis agit quo precipitur. Nō furtum facies. Sed non faciens elemosynam cōmittit furtum vel rapinam. Nam tempore necessitatis oīa sunt cōmunia vt ps.di.xlij.

parapho. primo. Et di. xlvij. c. Sicut hi: qui p insaniā. xij.q.i.c. Dilectissimis. xxiij. q. vij.c. Qđ autem.ff.ad.l. Rodiā. de iactu.l. prima.parapho.primo. de ꝯse.d. v.c. Discipulos. Vide đ furtj.c. Si quis ꝓpter necessitatez. Unde si indigenti nō subuenit: aufert suuz sibi: ⁊ p ꝯsequens cōmittit furtuz ⁊ rapinam: imo qđ grauius: ē homocidiuz. Ambrosius in libro. de apostolis: vt i decretis. lxxxvi. di. .c. habet. inquit. Pasce fame morientē. Quisquis.n. pascendo hominē saluare poteris. Si nō paueris occidisti. Concordat cum lege que dicit. Necare videt: nō tm̄ is qui partū prefocat: sed ⁊ is qui abijt: ⁊ qui alimoniā denegat. ff. de liberis agnoscendis. necare. Qđ aūt dixi de morte corporis. idē dicendum: de morte aīe. Puta si vides proximum tuū casuruz in peccatis: vt fornicatiōis: vel heresis ꝓpter paupertatem: subueniēduz est ex p̄cepto. sicut fecit.b. Nicolaꝰ: qui subuenit inopie triū iuuencularum: quas pater decreuerat prostituere: vt inde vitā sustentarent. Sic ⁊ beatissimus patriarcha Dominicus: seipsum vēdere voluit vt subueniret paupertati proximorum ne peccarent. Illi vero qui non dant elemosynaz pauperi in necessitate constituto peruertunt ordinē caritatis. Ordo eniz charitatis est vt primo diligat deus. secundo aīa propria. tertio anima ꝓximi. quarto corpꝰ ꝓprium. quinto corpꝰ proximi. sexto tēporalia bona. Can.ij. Ordiauit in me charitatem. Si ergo pmittit homo proximum mori vel grauem infirmitatē incurrere: ꝓpter inordinatam cupiditatem bonoꝝ tpalium: probat magis diligere bona tēporalia q̄z ꝓximuz: ⁊ sic peruertit ordinez charitatis: ⁊ per consequens peccat mortaliter. Sic predicabat Johānes baptista populo dicens: interroganti quid faciemus. Qui habet duas tunicas: det vnam non habenti. Et qui habet escam similiter faciat. Luce.iij.c. Et primo Job. .iij. Qui habuerit substantiā huius mundi ⁊ viderit fratrem suuz necessitatē habere ⁊ clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in illo: Filioli mei nō diligamus verbo neqz lingua: sed opere ⁊ veritate. Et Hiero. lxxxvi. di. inquit. Qui clementiaz non habet: nec indutus est viscera miscđie: ⁊ lachrymaruz: q̄z uis spiritualis sit: non adimplet legez christi. hec ille. ¶ Tertio idem ꝓbatur ratiōe damnationis. Ad te me cōuerto o auare. O tenax. O crudelis. Non vis facere elemo-

Regre i 350.

ynam: Jam claude bursaz: claude celarium: claude horreum: claude capsam: quia diabolus finaliter te claudet in inferno: ita vt in corpore ⁊ anima eternaliter dāneris. Nam presente toto mundo: in die iudicij tremendo christus cōmunis omnium iudex: dicet his qui a sinistris erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius. Esuriui enim ⁊ non dedistis mihi manducare. Sitiui ⁊ non dedistis mihi bibere: hospes eram ⁊ non collegistis me. Nudus ⁊ nō operuistis me. Infirmus ⁊ in carcere ⁊ non visitastis me. Et ibunt hi in supplicium eternum. hec ille. Ergo non faciens elemosynam quando de necessitate tenetur peccat mortaliter.

Secundo principaliter considerare debemus elemosyne susceptionez. Si diligenter ⁊ fideliter consideretur quis est: qui elemosynam suscipit: proculdubio quilibet vestrum: liberali sinu elemosynas pauperibus erogabit. Quis o christiane: quatrinuz tuum: panem: vinum: vestem ⁊c. que elemosynaliter impendis excipit. Christus vti redemptor noster. Hanc veritatem ore suo mūdo propalauit. di. Math. xxv. Amen dico vobis: quandiu fecistis vni de his fratribꝰ meis minimis: mihi fecistis. Et quoniaz vt ait Gregorius plerūqz corda audientium: plus exēpla q̄z verba excitant. Ad ostensionem proposite veritatis: dignissima quedaz exempla adducant. Recitat in primis Gregorius in home. Videns iesus ciuitatem fleuit super illam. Epyphamuz sibi retulisse. Qđ quidam martirius nomine: vir valde venerabilis ⁊ mōachꝰ: qui quidez ex itinere: ad monasterium remeabat: pergensqz leprosum quendam: quem densis vulneribus: elefantinus morbus fedauerat: per membra inuenit in via: volentem ad suum hospitiuz redire: ⁊ pre lassitudine non valentem. Ipse vero assuebat se habere hospicium: quo monachus ire festinabat. Vir autem dei: eiusdem leprosi lassitudinem miseratus: pallium quo vestiebatur in terraz proiecit: ⁊ expandit: ac desuper leprosum posuit: eūqz suo pallio vndiqz constrictum: super humerum leuauit: secumqz detulit. Cunqz iam monasterij sorribus appropinquaret spiritualis

pater eiusdem monasterij magnis clamare vocibus cepit. Currite: ianuas monasterij cinuo aperite: q frater martinus venit dominus pontifex. Statim vero vt Martinus ad atrium monasterij peruenit: is qui leprosus putabatur: de collo eius euolauit: et in ea specie apparere: qua cognosci ab omnibus possit: redemptor humani generis deus: et homo christus iesus ad celum Martino respiciente rediit: eique colloquenti dixit Martine: tu me non erubuisti super terram: ego te non erubescam super celos. Qui sanctus vir mox vt ad monasterium venit requisitus est frater martini vbi est quem portabas. Cui ille respondit dicens. Ego si sciuissem quis esset: pedes illius tenuissem. Tunc eidem martinus narrabat q cum eum portaret: eius pondus minime sensisset. Ad aliud etiam accedo. Legitur enim in vita sancti Martini: q duz hyemali tempore per portam ambiacensium transiret: pauperem quendam nudum obuium habuit. Qui cuz a nullo elemosinam accepisset: martinus hunc sibi seruatuz intelligens arrepto ense clamidem que ñ sibi supererat diuidit: et partem pauperi tribuens: reliqua rursus induitur. Sequenti igitur nocte christum clamidis sue: qua pauperem texerat: parte vestitum vidit: ipsumq ad circumstantes angelos: sic loquentem audiuit. Martinus adhuc catechumenus: hac veste me contexit. Recitatur etiam in legenda Johannis elemosinarij: fuisse quendam Heleonarium nomine Petrum qui primo durus erga pauperes sed postmodum misericordissimus fuit. dum iste igitur die quodam optimis vestimentis indutus per viam pergeret: quidam naufragus: ab eo tegumentum aliquod postulabat. Et continuo illo pretioso vestimento se expoliauit: et illi dedit: quod ille accipiens: statim vendidit. cum autem Heleonarius rediret: et vestimentum suspensum videret: contristatus est valde: adeo vt nec cibum sumere vellet: dicens. quoniam non fui dignus vt mei memoriam haberet egenus. Et ecce dum dormiret vidit quendam super solem fulgentem et habentem indutum vestimentum: quod dederat egeno et dicentem sibi. quid plorasse petre. Qui cum causas sue tristitie sibi dixisset. ait ille. Cognosco hoc. Et ille. Etiam domine. Et dominus ad eum. Illo ego vestitu: ex quo mihi dedisti et gratias ago bone voluntati tue: quoniam frigore affligebar et coopuisti me. hec ibi. Habes quoq in vita sanctorum. q dum beatus Johannis

beatissimi patris Dominici successor: secularis esset: iretq ad ecclesiam: rogatus a paupere vt sibi elemosinam faceret: non habens apud se pecuniam: contigit dedit: intrans igitur ecclesiam vidit crucifixum contigisse sua quam pauperi dederat cinctum. Referens insuper Grego. in homel. discipulorum cum in emaus. sic dicens. Quidam paterfamilias cum tota domo sua: cum magno studio hospitalitati fuiebat. Cumq quotidie ad mensam suam peregrinos susciperet: quadam die peregrinus quidam inter alios aduenit: et ad mensam ductus est. Cumq paterfamilias ex humanitatis consuetudine: aquam vellet manibus eius diffundere: conuersus vt secum accepit: sed repente cum in cuius manibus aquam effundere vellet non inuenit. Cumq hoc factum secum et ipse miraretur eadem nocte ei dominus per visionem dixit. Cetero diebus: me in medio meo: exterua autem die: in memetipso suscepisti. Dic paterfamilias fuit ipse. s. Grego. q: vt habetur in eius historia: sed humilitatis gratia videtur de alio referre. Legitur in legenda sancte Catherine de senis: q dum in ecclesia fratrum predicatorum esset: et petenti pauperi: nihil quod dare posset haberet: preter argenteam crucem: inter pater nr

locauit: eam sibi dedit. Apparuit deinde ipse ostendens dictam crucem: gemmis ornatam dicens. Hanc in die iudicij ad tui glorificationis mundo ostensurus sum. Hiems dum ibidem esset: petenti pauperi nudo elemosinam: tunicam propriam decenter extraxit: et dedit. Orans vero in nocte dominus candidam tunicam in manibus tenens: sibi apparuit dicens. Ecce tunica quam mihi liberaliter donasti. Sed tu aliam a me suscipe. Mox dominus ex suo latere tunicam sanguineis radijs fulgentem edidit. Et Catherine manibus suis induit. Hec tunica extrinsecus mortalibus inuisibilis fuit: sed ei sensibilis adeo vt ipsa induta deinceps nisi vna tunicella vestitur immunis a frigore seruabatur. hec ibi. Sed ne gloriole Martini hospitio dominus videar obliuisci: audi rem deuotione et memoria dignam. Hec fuisque tempore dominus et discipulis elemosinas fecerat: cumq suscepisset. Ipse igitur mortua christus beato Frontoni episcopo apparuit: dicens. Surge dilecte mi velociter et sequere me. Et iussa complens cum bo tarasconum venerunt: et circa corpus eius pie lacrimantium officium ambosceterie respondentium pergerunt: et corpus eius subtus manibus in sepulchro collo-

uerunt. Hec in legenda in qua di
gna ⁊ deuotissima reperies. Ho
die deniqꝫ auribus fidelium euāge
lium insonuit vbi christus a disci
pulis in forma peregrini susceptꝰ
est. Patet igitur ex his iam dictis
q̄ omnia quecunqꝫ pauperibus
exhibentur: christus ipse suscipit.
Quis igitur nō animetur ad exhi
bendas pauperibus ⁊ mendicis
elemosinas: Quis amodo tā im
pius erit vt pauperes videre no
lit: Quis ita crudelis vt paupes
despiciat ⁊ exhorreat. Unde Gre.
in homel. discipulorū euntium in
emaus. ait. Pensate fratres quā
ta hospitalitatis virtꝰ sit. Ad mē
sas vestras xp̄m suscipite: vt vos
ab eo suscipi ad conuiuia eterna
valeatis: peregrino meo peregrino
xp̄o hospitium vt vos in iudicio:
non quasi peregrinos nesciat: sed
vt proprios recipiat ad regnum.

Tertio principaliter elemosine considerare debemus fructificationē. s. doc. in. xxj. Et in. iiij. sen. ⁊ do. Pe. de palu. in. iiij. di. xv. Et do. Guiliel. paral. in summa de virtutibus: tractatu de misericordia: multos ⁊ varios effectus elemosine ponunt: quos ego brevitati attendens non explico: sed duos tm̄ elemosine uberimos fructus adduco. ¶ Primus fructus dicitur temporalium augmentatio. ¶ Secundus fructus dicitur vite eterne acquisitio. ¶ Primus elemosine fructus dicitur temporalium augmentatio. Hic fructus vobis secularibus q̄z maxime placebit. Ait. n. saluator. Luc. vi. Date ⁊ dabitur vobis. Unde legitur in hystoria longobardorū q̄ imperator quidaꝫ Tiberius nomine: apud cōstantinopolim: pauperibus erat adeo liberalis: vt nō sufficerent ei bona totius imperij. Cum autem ei diceretur á regina q̄ ad inopiam duxisset imperium aiebat: prouisorem se habere deum pro cuius amore hec omnia faciebat: nec se dubitare quin sibi daretur stipendium ad imperium defendendum. Cūqꝫ pene omnia expendisset in pauperes: quadā die per palatium vadens: ⁊ lapidem quendam in pauimento conspiciens: crucis signaculo insignitum doluit plurimum: q̄ venerabile signum pedibus conculcaretur. Et protinus illum excauari precepit: ⁊ alio loco decenti: lapidem poni iussit. Sed hoc amoto: alius lapis apparuit: eodē signo signatus: qui eius iussione cum fuisset amotus occurrit ei tertius similis lapis. Quē cū fecisset auferri: tanta ibidem reperit multitudinem auri

vt oia replerēt vasa palatij. De quo imēsas grās egit ō dicēs regine. Ecce quō oiuꝫ bonoꝝ retributor: deꝰ mirabiliꝫ puidit. Scō quoqꝫ Bonifaciꝰ ferētine vbis epō put refert Gre. Bū puer eēt ⁊ cū mīre horteū ingressa: oē pene triticū ad victū totiꝰ anni preparatū: iuenit paupibꝰ erogatum. Cūqꝫ alapis ⁊ pugnis se cederet: eo q̄ totiꝰ anni stipēdiū p̄didisset. Bonifatiꝰ mīri cōpatiēs: rogauit vt ab horteo paꝫ discederet. Ō cū illa fecisset: puer dñi i oīone se dedit. Quo facto venīs mīri tritico pleno inuenit horteū. Et B videns corde cōpūcta filiam inuitauit vt daret qñ vellet elemosinā. Legit ēt q̄ balinus siue curialis cuiusdā regis fuit: q̄ de rapina bonoꝝ regis accusatꝰ fuit a plurib⁹. Uñ rex illic mādauit vt de oib⁹ q̄ haberet rei vitatē dicēt: ⁊ quāti valoris oia sua ēent fideliꝫ indicaret. At ille rege p̄sente nūm̄ sexcētos aureos asseruit se hēre. Cū vo astāteos illi q̄ mētirek objiceret: cū tot palatia: tot aureos hēret. ille rñdēs dixit. Ista oia q̄ dicitꝫ nō sūt mea: sꝫ sunt dñi mei regis: ⁊ q̄ posset sibi illa accipe si vellet. Sꝫ sexcētos aureos iō me hēre dixit: q̄ illos p manꝰ pauperꝫ xp̄o dedi eos in tuto loco reposui vbi nec fur timet nec tinea demolit. Ō rex dū audiuit ipꝫ ap̄tiꝰ dictā dū decreuit ⁊ ēē fidelissimū iudicauit. Ecce elemosine vberrimꝰ fructꝰ. q̄. l. spalia augmēt tant. Uñ leo papa i sermone. iij. pē tecostes ait. Quidq̄d eni in cibis paupeꝝ: i curatiōes debiliū: i precia captiuoꝝ: ⁊ i qualibet opa pietatiꝫ ipēdit: nō minuit fꝫ augeꝫ: nec vnq̄ꝫ apud deū pire potest: q̄ fidelis benignitas erogauit. B ille. Et Ysido. i libro de summo bono inquit. Terrena bona quando: oia āmittim⁹: fꝫ ea largiēdo fuam⁹. q̄ p̄monitū nūm oē retētū perit: sed pmanet erogatū. B ille. Et Hiero. ad Nepotianū dicit. Nō memini me legisse mala morte mortuum. q̄ libent opa pietatiꝫ exercuit. Hēt mlios intercessores: ⁊ ipossibile ē mlioꝝ p̄ces nō exaudiri. B ille. Et ex B ingt Augu. Ō nō dat xp̄o accipit fisc⁹. Et B q̄ntū ad p̄mū fructū elemosine. ¶ Secūs fructꝰ elemosine dī vite et ne arguitur. Dulcissim⁹ ē iste fructꝰ ⁊ ecclesiā p̄cipue sim⁹. Hāc vitatē intellexit vir ille secūs Thobiās q̄ i testō ait ad filiū suū. iij. c. Quō poueris ita esto misericors. Si multū tibi fuerit abūdanter tribue: si exiguū tibi fuerit etiā exiguum libenter impertire stude. Thesaurizā n. bonū thesaurū in die necessi-

tatis: quoniaz elemosina ab omni peccato ⁊ a morte liberat: ⁊ nõ patietur animas ire in tenebras: fiducia magna erit corã summo deo elemosina oibus facientibus eam. hec ille. Unde ⁊ Dauid. ps. xliiij. Beatus qui intelligit super egenũ ⁊ pauperem: in die mala. s. mortis liberabit euz dominus. Et Mat. xxv. Uenite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnuz a cõstitutiõe mũdi. Esuriui ⁊ dedistis mihi mãducare. Sitiui ⁊ dedistis mihi bibere. Hospes eram ⁊ collegistis me. Nudus ⁊ opuistis me: infirmus ⁊ visitastis me. In carcere eraz ⁊ venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine quando te vidimus esurientem ⁊ pauimus: sitientem ⁊ dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitẽ ⁊ collegimus te. Aut nudum ⁊ cooperuimus te. Aut quando vidimus te infirmũ ⁊ in carcere ⁊ venimus ad te? Et respondens rex dicet illis Amen dico vobis: q̃z diu fecistis vni: de his fratribus meis minimis mihi fecistis. hec ille. Et eloquentissimus ait Lactãtius in. vi. c. xij. Quantum diuitijs inter ceteros: tm̃ opere p̃cellas. Neqz nũc suaderi tibi putes vt rem familiarẽ tuam minuas: neqz exhaurias: sed que in superuacua fueras impensurus ad meliora ꝯuertas. Unde bestias emis: hinc captos redime. Unde feras pascis. hinc pauperes ale. Unde homines ad gladium comparas. hinc innocentes mortuos sepeli. Quid ꝓdest: perdite nequitie: bestiarios facere locupletes: ⁊ instruere ad flagitia: transfer ad magnũ sacrificiũ: male ꝑitura: vt pro his veris muneribꝰ habeas a deo munꝰ eternũ. Magna ẽ misericordie merces: cui deus pollicetur: se peccata oia remissurum. Si audierit inquit preces supplicis tui: ⁊ ego exaudiaz tuas. Si misertus laborantiũ fueris: ⁊ ego in tuo labore miserebor. Si ãt non respexeris nec adiuueris: ⁊ ego animũ tuum contra te geram tuisqz te legibus iudicabo. h̃ ille. Unusquisqz igit̃ elemosinã pauperi porrigat. Modicum. n. dat: sed multiplex fructus acqritur: ⁊ a deo centuplũ redditur. Audiamus in fine sanctum Ambro. in. i. de officijs. sic dicentẽ. Nihil tam cõmendat xp̃ianam aiam q̃z misericordia: primũ in pauperes vt ꝯmunes iudices ꝑtus nature: que omnibus ad vsum generat fructꝰ terrarum: vt qd̃ habes largiaris pauperi: ⁊ consortem ⁊ ꝯformem tuũ adiuues. Tu nummũ largiris ille vitaz accipit. Tu pecuniã das. ille substantiam suã estimat. Tuus

denarius census illius est. Adhuc plus ille tua confert cum sit debitor salutis. Si nudum vestias: teipsum induis iustitiam. Si peregrinum sub tectum inducas tuuz: si suscipias egentem: ille tibi acqret sanctorum amicitias ⁊ eterna tabernacula. Non mediocris ista gratia. Corporalia seminas: ⁊ recipis spũalia. Beatus plane de cuius domo: nunq̃z vacuo sinu pauper exiuit. Neqz. n. quisq̃z magis beatus: q̃z qui intelligit super pauperis necessitatem: ⁊ infirmi atqz inopis erũnam: in die iuditij habebit salutem a domino: quẽ habebit sue debitorem misericordie. hec ille. Sic faciẽtes profecto deo grati eritis. hic per gratiã ⁊ alibi per gloriam Amen.

¶ Feria tertia resurrectiõis. De patientia: cũ quattuor regulis de modo viuẽdi. Sermo. lv.



Oportebat xp̃z pati. Luc̃. vltimo. c. Nulli dubiũ ẽ: totam saluatoris vitaz nihil aliud esse q̃z virtutis exemplar. Quicquid enim suo sacratissimo docuit ore. quicquid exterius gessit. totũ ad nr̃e salutis exẽplum exhibuit. Ait enim Hiero. in epistola ad Damasum. Manifestum esse poterit ei: qui euangelia solicite perlegerit: quõ ⁊ cibus xp̃i ⁊ potus ⁊ deambulatio ⁊ vniuersa que gessit: salutem hominum procurarẽt. Et Augustinus de doctrina christiana inquit. Tota vita xp̃i: quaz per hominem assumere dignatus est: morum disciplina fuit. Cũ igitur ipse ad maximos labores anxietates: ⁊ passionis supplicia se submiserit: ⁊ patientissime tulerit: nos suo efficacissimo exemplo docuit: inter aduersa non esse deficiendum: sed equo ⁊ patienti animo ea esse toleranda. Quapropter ait apostolus. Hebr. xij. Deponentes omne pondus ⁊ circũstans nos peccatum: per patientiã curramus ad propositum nobis certamen: aspicientes in auctorez fidei ⁊ consumatorem iesum: qui proposito sibi gaudio: sustinuit crucem: confusione contempta. Ad hanc patientiam insinuandaz tota tendit christi vita: tota tendit scriptura: tota quoqz tendit predicationum nostrarum intentio. Et in hac profecto: totius christiane vite summa ⁊ perfectio consistit. De ipsa igitur vltimo predicare disponens ⁊ eam vobis in testamẽto relinquere: assumpsi thema ex ore veri patientissimi christi ꝓlatum sic dicẽtis. Oportebat xp̃m pati. De qua tria misteria occurrunt contẽplanda.

¶ Primo patientie necessitatez.
¶ Secundo patientie vtilitatem.
¶ Tertio patientie perfectibilitatem.

¶ Primo virtutis patientie contemplari debemus necessitatem. Hoc mane sacri theologi in vnuz congregati querunt: vtrum patiẽtia nobis sit necessaria. Isti quesito respondet magister gentium Paulus hebre.x.c.di. Patientia vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes: reportetis promissionem. Quam quidem necessitatẽ q̃druplici ratione declaro.

¶ Primo ratione cause formalis.
¶ Secundo ratione cause materialis.
¶ Tertio ratione cause efficientis.
¶ Quarto ratione cause finalis.

¶ Primo patientia est nobis necessaria ratiõe cause formalis. Ait nãqz sanctus Doc.in scda scde.q.cxxxvi.ar.i. Virtutes morales ordinantur ad bonum inquantum conseruant bonum rationis contra impetus passionum. Inter alias autem passiones: tristitia efficax est: ad impediendum bonum rationis: ꝑm illud.ij.cõr.vij. Seculi tristitia mortẽ operat. Et Eccle. iij. Multos occidit tristitia: ⁊ non est vtilitas in illa. Unde necesse est habere aliquam virtutem: per quam bonum rationis conseruet contra tristitiam ire.s. ratio tristitie succũbat. hoc autem facit patiẽtia. hec ille. Tunc sic. Illud per qd̃ conseruatur bonum rationis contra tristitias est valde necessarium: vt patet.v.metaphy. Sed patientia est illud per quod conseruatur bonum rationis contra tristitias. Patet per diffinitionẽ eius. Nã ꝑm.s. Doc.xxij.q. vt supra. Et in iij.sen.di.xxxiij.q.iij. Patientia ẽ virtus conseruans bonum rationis contra tristitias. Et ꝑm Augustinum in libro de patientia. Patiẽtia hominis est qua mala equo animo toleramus.i.sine perturbatione tristitie: ne animo iniquo bona deseramus: per que ad meliora perueniamus. Et Lactantius in.v.c.xxiij. Patientia est eniz malorum que aut inferuntur: aut accidunt cuz equanimitate platio. hec ille. ergo patientia est nobis necessaria. ¶ Secundo patiẽtia est nobis necessaria ratione cause materialis sic. Illud per quod homo acquirit ceteras virtutes est valde necessarium.v.metaphy. Sed patientia est huiusmodi. Ait enim Gregorius in quadaz homel. Patientia est radix ⁊ custos omnium virtutum. ergo patientia est necessaria. ¶ Tertio idem probatur vel declaratur ratione cause efficientis. sic. Virtutes infuse sunt necessarie. Nã gratia est necessaria a qua sunt omnes virtutes: patiẽtia est virtus infusa: vt probat Augustinus in libro de patientia dicens. Virtus animi que patientia dicitur: tam magnum dei donum est. vt etiam ipsius qui nobis eam largitur: patientia predicetur: ꝯ patiẽtia ẽ necessaria. ¶ Quarto ⁊ vltimo ratione cause finalis sic. Illud sine quo tribulationes nihil valent ad satisfaciendum vel merendum vitam eternam: ⁊ cuz quo valent ad vtrũqz est maxime necessarium: patientia est huiusmodi. Probat.s. Doc.in.iiij.di.xv.q.i.ar.iiij.di. Tribulatiões q̃bus deus punit peccatores sunt meritorie ⁊ satisfactorie: si patienter acceptentur: aliter non. hec ille. ergo patientia est valde necessaria. Unde Augustinus ad heremitas sermone. iiij. Nobis infirmantibus ⁊ languentibus patientia summe necessaria est. Nullus enim beatus esse potest: nullus celorum ciuis efficitur: nullus amicus dei constituitur: qui inter mala patiens inuentus non fuerit. O patientia: tu omnia vincis aduersa. non colluctando sed sufferendo: non murmurãdo: sed de omnibus gratias agendo. Ipsa enim patientia est que fecem totius voluptatis abstergit. Ipsa est que limpidas animas deo reddit. Ipsa ẽ nauis que cunctos amatores ad portum perducit. Ipsa est per quam infernus clauditur: ⁊ paradisus aperitur suis amatoribus. Ipsa est per quam omnes: ⁊ sine qua nullus iustificatur. hec ille. Et Lactantius in quinto libro insti.c.xxxiij. Nempe magna ⁊ precipua virtus est patientia: quam pariter ⁊ vulgi publice voces ⁊ philosophi ⁊ oratores summis laudibus celebrant. hec ille.

Secundo principaliter patientie contemplari debemꝰ vtilitatem. Licet duodecim sint patientie fructus ⁊ vtilitates soluz istres adducam.

¶ Prima vtilitas patientie. dicit peccatoꝝ purgatio.
¶ Secũda vtilitas patientie. dicitur a peccatis ꝓseruatio.
¶ Tertia vtilitas patientie. dicit meritoꝝ multiplicatio.
¶ Prima vtilitas patiẽtie. dicit peccatoꝝ purgatio. Dicit enim.s.

Doc.super Job.c.i. Et super ps. xxxvij. q̄ in tribulatiōe homo patiens esse debet: q̄ tribulatio vitā hominis purgat. Qd̄ sic ratione deduco. Fides catholica firmissime tenet: q̄ quando peccator cōfitetur sua peccata confessori: ⁊ penitentiam sibi iniunctā humiliter acceptat: delentur: purgantur: ⁊ remittuntur sibi sua peccata. Patet hec veritas. Jo.xx. Et.i.q.i.c. Remissionem ⁊.c. Etiam corde ⁊.c. Euidentes. Et deus se.d.iiij. c. Quomodo: vbi sic dicitur. Accipite spiritum sanctuz: quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Tunc sic. Si penitentia data confitenti ⁊ nihil occultāti: quēadmodum vos hac quadragesima fecistis: a simplici confessore ⁊ forsitā peccatore humiliter acceptata seruata ⁊ perfecta purificat animam peccatoris: quāto magis purificatur ex penitentia data a summo sacerdote deo: si pacienter toleret. Penitētia autem data a deo sunt tribulatiōes: infirmitates ⁊ aduersitates. Creditis vos deum delectari dum iacetis in lecto infirmi: vel quādo aliqua estis tribulatione oppressi? Non profecto. Sicut enim confessori non placet penitētiam dare peccatori: nisi q̄ ex illa bene ⁊ integre obseruata suorum veniam consequitur peccatorum. Ita deo non placet aduersitates inferre: nisi quia si patiēter sustinentur: animā purgant: ⁊ ad bonum disponunt. Primo pro vestra cōsolatione dicam: quando vaditis incidere ligna: fodere terram: domos fabricare. In mercantijs: traficis: artibus: ⁊ in vestris exercijs laborare ⁊ similia peragere. Qd̄ mulier sit subiecta ⁊ seruiat viro ⁊ filet ⁊ gubernet domum ⁊ laboret: totum est ex penitentia. Post q̄z enim Adam peccauit deus venit ad ipsum vt eius confessionez ⁊ eue audiret. sed i principio se absconderunt. sicut aliqui sua in confessione scelera occultant: tandem eos in confessione audiuit. Quibus auditis iniunxit eis penitentiā dicens. Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cūctis diebus vite tue. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi: ⁊ comedes herbas t're. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua assūptus es: quia puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. Eue autem dixit. Multiplicabo erūnas tuas ⁊ cōceptus tuos. In dolore paries filios: ⁊ sub viri potestate eris: ⁊ dominabitur tui. Ex his patet q̄ tribulationes ⁊ dolores ⁊ omnia mala pene sunt penitentie date a deo: que si pacienter tolerentur

purgant animam: ⁊ ei peccata remittuntur. Unde Tob.iij. dicit. Benedictum est nomē tuū deus patrum meorum: qui cum iratus fueris misericordiam facies: ⁊ in tempore tribulationis peccata dimittis: his qui inuocant te. Nota: patrum nostrorum: quia omnes patres nostri: per tribulatiōes patientes transierunt. Judith.viij. His qui inuocāt te: idest cum gratiarum actione suscipiūt. Et Eccli. ij. Pius ⁊ misericors est dominꝰ: ⁊ remittet in die tribulationis peccata. Et Gregorius inquit. Qd̄ lima ferro: qd̄ fornax auro: qd̄ flagellum grano. hoc facit tribulatio homini iusto. hec ille. Lima.n. ferrum purgat ⁊ pollitum facit. Fornax aurum a mixtura purificat ⁊ splendidum facit. Flagellum granum a palea mundificat: ⁊ horreo dignum facit. ¶ Secūda vtilitas dicitur a peccatis preseruatio Dicit enim.s. Doc.super Job.c. iiij. q̄ homo patiens in tribulatione ex multiplici virtute a peccatis conseruatur. O quot sunt qui ex tribulatione temporali retinentur ⁊ impediuntur ne peccent. quot mulieres essent vane ⁊ pompose: nisi haberēt infirmitates: vel alias essent afflicte? Sed quia sunt monocule: gibbose: claude: turpes: honeste viuunt ⁊ deuote. Est enim sententia sancti Bernardi: ⁊ vgonis sic dicentis. Quosdam patiēs deus in multis peccare posse flagellat eos in infirmitate corporis ne peccent: ⁊ vtilius sit eis frangi laboribus ad salutem: q̄z remanere incolumes ad damnationem. Exemplum patet in Maria magdalena ⁊ Martha sororibus simul nutritis: que post mortem parentum remanserunt equaliter diuites ⁊ pulchre. Que enim fuit causa q̄ magdalena fuit ita inhonesta: vt perdiderit nomen proprium ⁊ peccatrix diceret. Martha autem fuit virgo clarissima deo grata: ⁊ pluribus tribulationibus approbata. Nā dicit Ambrosius: q̄ Martha fuit illa mulier: que duodecim annis fluxum patiebatur sanguinis. adeo vt effecta sit macilenta: sicca: sine colore. Et quando magdalena cecidit in peccatum: Martha cecidit in infirmitatem: que alias forsitā fuisset sicut magdalena. Et quando magdalena fuit curata in anima. Martha fuit curata in corpore. Cum etiaz filia sancti Petri apostoli nomine Petronilla febricitaret: nolebat vt rogaretur christus pro sanitate eius quia nimis pulchra ⁊ robusta videbatur. Hinc ait. Ouidius poeta libro p̄mo de arte. Mens erit apta capitūe cū

lenissima rerum. Et seges in pin-
gui luxuriabit humo. Pectora
dum gaudent: nec sunt arctata do
lore. Ipsa patent: blāda tum subit
arte venus. Idem libro.ij. de arte
luxuriant cum rebus plerūq; secū
dis. Nec facile est equa comoda
mente pati. Idem libro de ponto.
Veneris dānosa voluptas. Non
solet i mestos sepe venire thoros.
hec ille. Et ex hoc non debetis mi
rari: si in tribulationibus ⁊ infir-
mitatibus sepenumero non ex au
dimini a deo: q; scit non expedire
animabus vestris: ne in peccatis
cadatis. Unde Exo.xij. dicit. Ut
enim ꝓbaret vos venit dominus
⁊ vt terror illius esset in vobis: ⁊
nō peccaretis. Et Lactantius lib.
v.c.xxiij. ait. Deus inquit Seneca
hoies pro liberis habet. Sed cor
ruptos ⁊ viciosos: luxuriose ac de
licate patitur viuere: q; non putat
emendatione sua dignos. Bonos
aūt quos diligit castigat sepius: ⁊
assiduis laboribus ad vsum virtu
tis exercet: nec eos caducis ac mō
talibus bonis corrumpi ac depra
uari sinit. Unde nemini debet mi
rum videri: si pro nostris sepe de
lictis castigamur a deo: imo vero
cum vexamur ac premimur: tunc
maxime gratias agimus indulgē
tissimo patri: q; corruptelā nostrā
plagis ac verberibus emendat.

Ex quo intelligimus esse nos deo
cure: quoniam cum peccamus ira
scitur. ¶ Tertia vtilitas patientie
dicitur meritorum multiplicatio.
Sm.s. Doc.in.iiij.sen.d.xvi.q.pri
ma. tribulatōes: angustie: afflictio
nes: flagella: perditiones rerum:
filiorum: ⁊ carorum amissiones:
caristie: famis: guerre: pestilentie:
infirmitates: oppressiones: depau
perationes: persecutiones ⁊ huius
modi aduersa: si patienter ferūtur
ne dum peccata purgant: ⁊ a pec
catis futuris preseruāt: sed qđ am
plius est merita augent ⁊ multipli
cant. Ad hoc clarius intelligendū
accipe similitudinem de faciente
caldariam. Nam de vno frusto
eris percusso cum martello pro-
ducit magnum vas: oportet tamē
vt es sit ignitum: quia si esset frigi
dum potius frangeretur. Ita eue
nit: vt tribulationes sint percussio
nes. Et si ferrum. idest homo sit
ignitus igne diuini amoris ⁊ fer-
uoris patientie: augmentant eius
spiritualia merita. Immo etiā bo
na temporalia quandoq; ex patiē
tia multiplicantur. Accedat huc
beatissimi Job exempluz: qui tot
maleis tribulationum fuit percus
sus. Nam vna die septem milia
oues: ⁊ quingenta paria boum:
quingentas asinas: tria milia ca-
melos: septem filios: ⁊ tres filias

amisit. Insuper ꝑcussus fuit gra-
ui vlcere: ita q; a plāta pedis vsq;
ad verticem: nō erat in eo sanitas.
Deinde vxor eius eiecit eum de
domo sua. Ecce quot ictus mallei:
quot percussiones percussus est:
sed fuit es siue ferrum ignitum in
patientia ⁊ deuotione: quia in om
nibus his nō peccauit Job labijs
suis: nec stultum quid contra deū
locutus est: sed dicebat. Dominus
dedit dominus abstulit: sicut do-
mino placuit ita factuz est. Sit no
men domini benedictuz. Job pri-
mo. Creuit enim Job in maiori
virtute ⁊ sanctitate: q̄z ātea fuerat
Et postmodum sibi amplior tem-
poralium abundantia data est: q̄z
habuerit ante. Sed si fuisset es vl
ferrum frigidum per impatientiā
murmurando contra deum sicuti
isto tempore multi faciunt: non so
lum perdidisset bona temporalia:
sed virtutes ⁊ animam. O quot
sunt in presentiarum qui propter
amissionem alicuius rei tempora
lis etiam minime ⁊ vilissime blas
phemant deum beatam virginez:
⁊ alios sanctos: ⁊ proximum ma-
ledicunt: isti impatientes non sunt
similes apostolo paulo dicenti.
Ro.v. Gloriamur in tribulatio-
nibus: scientes q; tribulatio patiē
tiam operatur: patientia autem ꝓ
bationem: probatio vero spem.

spes autem non confundit. Nota
gloriamur. quia tribulationes nō
solum patienter portāde sunt. sed
in tribulationibus gloriandum ē.
Ideo dicitur Jacobi primo. Om
ne gaudiuz existimate fratres mei
cum in temptatiōes varias incide
ritis. scientes. q; probatio fidei ve
stre patientiam operatur. patien-
tia autem opus perfectum habet.
Et ibidez. Beatus vir qui suffert
temptationē. quoniam cuz proba
tus fuerit accipiet coronam vite.
quam repromisit deus diligenti
bus se. Et Jacobi .v. Beatifica
mus eos qui sustinuerunt. Unde
Cassiodorus in prima parte psal
terij inqt. Patiētia est que glorio
sos martyres facit. que fidei no
stre bona custodit. que omnia vin
cit aduersa non colluctando. sed
sustinendo. Hec mansuetos effi
cit. benignis competenter arridet
purgatosq; homines ad illa p̄mia
futura componit. Per ipsaz chri
sto militamus. per ipsam diabolū
vincimus. per ipsam beati ad cele
stia regna perueniunt. hec ille.
Et Cyprianus de bono patientie
ait. Patientia est illa que nos
⁊ deo commendat ⁊ conseruat:
ipsa est que iram temperat: que
linguam frenat: que mentem gu
bernat: pacem custodit: disci-
plinam regit. libidinis impetum

frangit:timoris violentiam com-
primit:incendium simulatis extin
guit. Coercet potentiam diuitum:
inopiam pauperum refouet:tue-
tur in virginibus beatam integri
tatem:in viduis laboriosam casti
tatem:in coniugatis ⁊ maritatis
indiuiduam caritatem. Facit hu
miles in prosperis ⁊ in aduersis
fortes. Contra iniurias ⁊ ꝯtume
lias mites:docet delinquentibus
ignoscere:si ipse delinquas. diu ⁊
multum rogare instituit. tentātes
expugnat. persecutiones tollerat:
passiones ⁊ martyria consumat.
Ipsa ē que fidei nostre fundamē
ta componit:ipsa est que incremē
ta spei sublimiter prouehit: ipsa
actum dirigit:vt tenere possimus
viam xp̄i:dum per eius tolerātiā
gradimur. Ipsa efficit vt perseue
remus filij dei dici:dum patiētiā
patris imitamur:h̄ ille. Et Ephe.
iiij. Petro ne deficiatis in tribu
lationibus.

Tertio principaliter
patientie conside-
rare debemus ꝑfe
ctibilitatem. Ait.n.
Jacobus apostol⁹
primo.c.sue canonice. Patientia
opus ꝑfectum habet: vt igit̄ quili
bet vestrum sanctā ⁊ omnino ne-
cessariam virtutem patiētie ꝑfe-
cte:⁊ toto tempore suo: manute-
neat ⁊ ꝯseruet:quattuor sunt sum
me necessaria:que erūt quattuor
regule vobis in predicationū ip-
sarum relicte.

¶ Prima regl'a ē hūilis oratio.
¶ Secunda regula est misse au-
ditio.
¶ Tertia regula est sacramenta-
lis confessio.
¶ Quarta regula est eucharistie
susceptio.

¶ Prima pertinet ad quālibet
diem. Secūda ad quālibet ebdo
madam. Tertia ad quēlibet men
sem. Quarta ad quēlibet annum.
Prima ergo regula que requiri
tur ad patientie conseruationem:
ē humilis oratio vt.s.quilibet oret
mane ⁊ sero. Han regulam do-
cet saluator mūdi dominus iesus
christus vt scribitur. Luc.xviij.di
cens. Oportet semper orare ⁊ nō
deficere.gl'o.s.mane ⁊ sero. Inci
piat ergo vnusquisq; hoc sero an
teq̄ lectum ingrediatur:ne tanq̄
brutum:aut mente captus dormi
tum vadat:humiliter genu flecte
re:⁊ ad clauem paradisi recurrat
.s.ad signum sancte crucis. Ait.n.
Chrisosto.in sermone de cruce.
Crux christi est clauis paradisi.
Dicat itaq;:i nomine patris ⁊ fi-
lij ⁊ spiritussancti. Quo quidem
signo volens se debito modo mu
nire:primo:manum dexteram ad

caput deuotē apponat dicens. In
nomine patris. Quod non fit si-
ne grādi mysterio. Nam sicut ca
put est principale membrum:⁊ in
ter cetera influēs membra: ita pa
ter est principium productiuū om-
nium:⁊ ipse a nullo dependens.
Ideo ad hoc significandū:vt lo-
cus ⁊ locatum proportionarētur:
nomine patris:p̄mo:ad caput ap
ponitur. Deinde manum ducat
ad pectus ⁊ dicat:⁊ filij. Hoc enī
representat filium dei:in ventrem
virginis marie descendisse: ⁊ ibi
humanitatem suscepisse. Post mo
dum manu: latus sinistrum tan-
gat:quod significat vitam presen
tem sinistram miseram ⁊ calami-
tosam. A sinistro ergo ad latus
dextrum manum transferens di
cat:⁊ spiritussancti. Qua parte:
vita beata:que est dextera ⁊ felix
designatur. Quasi dicat. Ex po-
tentia patris:sapiētia filij:⁊ ex bo
nitate spiritussancti:transferri cu
pio ad dexteram ⁊ eternam. Unde
Gregorius in homel'.resurrectio
nis ait. Notandū vero nobis est:
quid nam sit:q̄ in dextris sedere
āgelus cernitur. Quid nāq; per
sinistram nisi vita presens? Quid
vero per dexteram: nisi perpe-
tua vita significatur? Unde scri-
ptum est canonicorum.viij. Leua
eius sub capite meo:⁊ dextera il-
lius amplexabitur me. Quia igi-
tur redemptor noster presentis vi
te corruptionem transierat: recte
angelus: qui nunciare perēnem
eius vitam venerat: in dextera se
debat.hec ille. Et inde est:q̄ i pa-
pali bulla Petrus ponitur ad si-
nistram:⁊ Paulus ad dexteram.
Nam Petrus vocatus fuit a xp̄o
in hac passibili vita poito. Pau
lus vero vocatus fuit a xp̄o in vi
ta impassibili ⁊ imortali: sicut ait
.s.Doc.in postilla super epistolam
ad Gala. Item summus pontifex
⁊ quilibet sacerdos: super hostiam
⁊ calicem crucem faciens: semper
a sinistra ad dexteram deducit: po
stremo victis māib⁹ dicat. Amē.
ad denotandum q̄ licet tres per-
sone diuine.s.pater ⁊ filius ⁊ spi-
ritussanctus sint distincte: tamen
iunguntur ⁊ cōueniunt in vna na
tura ⁊ eadem essentia. Unde Cō
stantinus imperator: vt scribitur
.C.de summa trini.⁊ fide catho-
lica.l. prima. Cunctos populos
quos nostre clementie regit ipe
rium: in tali volumus religione
versari:quam diuinum Petrum
apostolum tradidisse romanis:re-
ligio vsq; nunc ab ipso insinuata
declarat. Quāq; pontificem da-
masum sequi declarat ⁊ Petrum
alexandrie episcopum: virū apo-
stolice sanctitatis: hoc est: vt sm

apostolicam disciplinam: euange
licamq; doctrinam: patris: ⁊ filij
⁊ spiritussancti vnam deitatem:
sub pari maiestate credam⁹. Hāc
legem sequentes christianoruz ca
thalogorum nomē iubemus am
plecti. Et iteruz. C. de summa tri
nita. ⁊ fide catho. l. nullis. Unius
⁊ summi dei nomen: vbiq; cele
bretur. Nicene fidei duduz a ma
ioribus tradite: ⁊ diuine religio
nis testimonio atq; assertione fir
mate: obseruantia semper mansu
ra teneat: nicene ac assertor fidei
⁊ catholice religionis verus cul
tor accipiendus est: qui omnipo
tentē deum: ⁊ xp̄m filiuz dei: vno
nomine cōfitet: deum de deo: lu
men ex lumine. qui sp̄ūmsanctuz.
quē ex summo rer̄ parēte. spera
mus ⁊ accipim⁹. negando nō vio
lat. Apud quez est temerate fidei
sensus auget incorrupte trinitatis
indiuisa substātia. que greco voca
bulo recte vsia credētibus dicit.
Hoc ꝓfecto a nobis magis ꝓba
bata. hec venerāda sunt. hec ille.
Quo pacto. genuflexus ꝑsistens.
deo ꝓmittat fidelitatē. ⁊ dicat totū
Credo: paruū vel magnū. Post
vero diuine maiestati supplicās:
petat ea que sunt necessaria: ad sa
lutem aīe ⁊ corporis. Hec aūt cō
tinent in oratione dn̄ica. Ideo di
cat: totū pater noster. Et vt facili⁹
exaudiat: porrigat supplicatione
secretarie dei: virgini marie: que
est mediatrix nostra dicens: totaz
aue maria. Et cum ꝑuenerit ad ie
sus. crucem faciat cum duob⁹ di
gitis: ⁊ eaz osculetur: q; iesus nos
in cruce saluauit. Tunc virgo sup
plicationem acceptās: offeret fi
lio: qui illam signabit di. fiat. Di
cat demum: illa saluberrima ver
ba dolēs ⁊ ꝯtritus de oībus pec
catis a se cōmissis. Deus propi
tius esto mihi peccatori. Idem de
mane dum resurrexit: dicat simili
ter adiūgens. Cōserua me hodie
dn̄e quoniā speraui in te. Sic fa
cite vos patresfamilias ⁊ matres:
inducite filios vestros ⁊ filias: ac
totā familiā ad idem faciendū: q;
tota die eritis contenti: pacifici:
quieti: ⁊ pacientes. Isto modo eri
tis armati: contra carnem: mun
dum: ⁊ diabolum. Et hec regu
la est continuanda vt plenius in
ter tot aduersa: virtutem patien
tie conseruare possitis. Et hoc
sufficit quantum ad primum ne
cessarium cuiuslibet diei. ¶ Se
cunda regula ad conseruandam
patientiaz est misse auditio: quod
pertinet ad quālibet ebdomadaz.
Omni enim dominica die quili
bet debet accedere ad ecclesiam:
⁊ ibi cum reuerentia ⁊ deuotio
ne: totā missam audire: in qua re

presentatur passio christi: prouo
cans omni ex parte hominem ad
patientiam. Hoc etiam est qd̄ pre
cipitur. de consecra. distin. i. Mis
sas. vbi dicitur. Missas die do
minico secularibus totas audire:
speciali ordine precipimus: ita vt
ante benedictionem sacerdotis:
egredi populus non presumat.
Quod si fecerit: ab episcopo pu
blice confundatur: hec ille. Et
si cōmode potest: audiat diuinum
verbum: nec illud contēnat: quia
talis contēptus esset peccatū mor
tale. Hoc patet. de consecra. disti.
prima. c. Sacerdote. vbi dicitur.
Sacerdote verbum in ecclesia fa
ciente: qui egressus de auditorio
fuerit excōicetur. Glo. quasi mi
nus litteratum contēnens. Idem
doceat agere familiam suā: ne sua
negligentia filij aut filie: famuli:
aut ancille omittant ea: ad que de
precepto tenentur. Pater ducat
secum filios: mater filias. Cū au
tem ad mensam accessuri sunt: di
cat quilibet vnum pater noster: ⁊
vnum aue maria. Et qui maior
est: crucem faciat super mensam:
cū inuocatione sacratissimi nomi
nis iesu christi: ne diabolus suffo
cet aliquem de comedentibus.
Cibo vero sumpto: singuli dicant
deo gratias: ⁊ saltem vnum pater
noster: ⁊ vnum aue maria: rese
rendo gratias deo. Et ipso die fe
sto vacent omnibus deuotioni
bus recolentes beneficia dei ⁊
peccata. Unde scribitur in decre
tis. de consecra. distin. iij. c. Ieiu
nia. Die dominica nihil aliud agē
dum est: nisi deo vacandum. Nul
la operatio in illa sancta die aga
tur: nisi tantū hymnis ⁊ psalmis
⁊ cāticis spiritualibus die illa tr̄
sigatur. hec ille. Singulariter au
tem in ipso die recolat peccata:
maxime de quibus non est con
tritus: doleat de culpis: ⁊ veniaz
a deo petat: ⁊ proponat suo tem
pore confiteri: quia cum tali con
tritione non erit in peccato mor
tali. Et tunc quicquid boni fece
rit: valet ei ad vitam eternam: li
cet actualiter non sint confessi: si
cut declaraui in sermone septua
gesime. Nec tamen sequitur
vt quidam ignorantes dicunt
q; quilibet tenetur in die festo:
sua peccata cogitare: ⁊ de illis
contritionem habere: alias pec
cat mortaliter: quia preceptum de
contrione ⁊ confessione est affir
matiuum: quod quidem obligat
semper: sed non ad semper vt di
cunt theologi. Caueat super oīa
in tali die ab omni opere seruili.
Nō vendat: nec emat: nisi vsua

lia cornestibilia. Artem nullā eccl
esie:diuinat ludos t saltationes
ac vagos per contratas discur
sus. Eladat ad officia:t infirmos
t incarceratos visitet: hec t alia
bona opera agenda sunt in quoli
bet festo: quod est de precepto.
¶ Tertia regula necessaria ad cō
seruandum patientiam t sanctita
tem vite:est sacramentalis cōfes
sio:quod pertinet ad quēlibet mē
sem. In confessione emi crebra t
deuota:anima timorem t reueren
tiam dei acquirit:t post absolu
tionem etiam sacerdos orat:vt pa
tiētia sit ei meritoria.dicēs. Quic
quid patienter sustines t sustine
bis sit tibi in remissionem pecca
torum tuorum t in augmentum
gratie:t in premium vite eterne.
Et si confiteri singulo mense non
sit sub precepto:tamen optimum
est t nullo modo pretermittendum.
Nam difficile est vt in capite an
ni omnium delictorum possit qs
recordari. Vita deniq crebra cō
fitentis est hilaris:iocūda t secu
ra:quoniā vbiq mors expectat.
Unde Angu. in sermone qui in
cipit. dicere solent. ait. Nolite fra
tres mei differre confiteri pecca
ta. Nam qui vsq ad vltimum diē
quadragesime vel vite sue distule
rit confiteri:dat signum:q hoc li
benter non facit:nō gratiose: non
puro corde:sed coactus hoc face
re videtur. Coacta autem seruitus
quantum deo vel hominib⁹ place
ant:considerate. Non ergo de die
in diē differam⁹. hec ille. ¶ Quar
ta regula ad patientiam conseruā
dam est eucharistie susceptio: q̄
pertinet ad quēlibet annum. Sus
ptio enim glorioſi corporis t san
guinis iesu christi:mentem homi
nis roborat t fortificat inter oia
aduersa. Eum autē maxime susci
pere oportet omni anno in die san
cto pascatis:vt ait tex. extra de pe
nitētijs t remiss.c. Dis vtriusq
sexus. Hic enim ille agnus ē assā
tus iter duos ignes amoris t pas
sionis. Eius esus corroborat t con
firmat iuxta illud. Panis cor ho
minis cōfirmet. Has regulas spi
rituales t celestes:patiētie vz vir
tutem t sanctitatem vobis pro te
stamēto t vltia voluntate relinquo
t vt eas facilius adimplere valea
tis:quattuor vobis intercessores
t aduocatos gloriosissimos ante
pono. Primus est felix patriar
cha Dominicus nostre religiōis
dux inclytus. Secūdus est fortissi
mus athleta Petrus martyr ve
ronensis. Tertius est doctor angli
cus Thomas de aquino. Quar
tus est almus t miraculosus con
fessor: Vincentius valentin⁹. Ho
bis vero mulieribus maxime vir

ginib⁹ aduocatā relinquo seraphi
cam virginem Catherinam de se
nis virginem Laurentium de se
nis. Vi inter reliquos sanctos sint
vestri patroni: vestri supplices t
mediatores. Ad hos corde t fide
t affectu pro salute corporis t ani
me semper recurrite. Demū quia
ad sermones meos prōpte t de
uote in hac quadragesima accessi
stis. si quid apud diuinam demen
tiam valent preces mee: rogo ēā
dem: vt pro pio vestro labore di
gna conferat premia. oro insuper
patrem t filium t spiritū sanctum
t sanctissimam mariam virginē:
totāq celi curiam: vt vos benedi
cat. benedicat animam vestrā. be
nedicat corpora. benedicat filios t
filias vestras. bñdicat agros pos
sessiones. benedicat officia vestra.
mercantias t artes. benedicat ae
rem. ignē. aquam. t terram. bene
dicat civitatē. vicinatus. t domos
vestras. Et ita deus omnipotens
nos omnes benedicat: vt post mū
di aduersa patienter tollerata:
postq vite presentis cursum oēs
t singuli nostrum: celestem acqui
rant gloriaz: in qua simul deo fru
entes esse possimus: vbi t felices
regnemus in euo. Donante chri
sto: qui semp est benedict⁹. Amē.

¶ Explicit quadragesimale qđ
dicitur lima vitiorum.

¶ Diuino huic operi Angelus
Britānicus ciuis Brixianus opti
mo fauente deo: ciusq genitrice
Maria: finem optatum imposu
it: cuius fidem solertiamq̄ princi
pes veneti diripientes: ne qs
alius opus ipsum infra sex annos
imprimat: aut impressum vendat
in ditiōe sua: preter ipsi⁹ angeli nu
tum: Senatusconsulto pena pro
mulgata cauerunt: anno dñi. Mil
ccccl xxxvij. die. xviij. Aprilis.

